**Caroli a Linné ... Materia medica / [Carl von Linné].**

**Contributors**

Linné, Carl von, 1707-1778.
Schreber, Johann Christian Daniel, 1739-1810.
Wolfgangum Waltherum.

**Publication/Creation**

Lipsiae ; Erlangae : Apud Wolfgangum Waltherum, 1787.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/fstcqcz6

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

Ca 141
617

33754/B

BM(NH) 975

LINNAEUS, C.

CAROLI A LINNÉ
EQVITIS AVR. DE STELLA POLARI S. R. M.
SVEC. ARCHIATRI
MED. ET BOTAN. PROF. IN ACADEM.
VPSAL. REL.

# MATERIA MEDICA

EDITIO QVINTA AVCTIOR

CVRANTE

D. IO. CHRIST. DAN. SCHREBERO
SEREN. MARGGR. BRAND. ONOLD. ET CVLMB.
A CONSIL. AVL. MED. BOTAN. HIST. NAT. ET
OECON. PROF. P. O. IN ACADEMIA FRID.
ALEX. ERLANGENSI.

LIPSIAE ET ERLANGAE
APVD WOLFGANGVM WALTHERVM
cIↃ IↃ CCLXXXVII.

Digitized by the Internet Archive
in 2016 with funding from
Wellcome Library

308936

https://archive.org/details/b28776276

VIRO

ILLVSTRI ET EXPERIENTISSIMO

# D. CAROLO PETRO THVNBERG

ORD. REG. WASAEI EQVITI

MED. ET BOTAN. PROF. REG. ORDIN. IN INCLYTA ACADEMIA VPSALIENSI

ACAD. IMPER. NAT. CVR. ET REG. SCIENT. HOLMIENS. SOC. PATRIOT. HOLM. SCIENT. VPSAL. BEROLIN. LVND. HARLEM. AMSTELODAM. NIDROS. SODALI ACAD. MONSP. ET SOC. AGRIC. PARIS. CORRESP.

MVLTIS IISQVE MAXIMIS VT IN REM MEDICAM ET NATVRALEM PRAESERTIM HERBARIAM ITA ET IN ACCVRATIOREM SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM COGNITIONEM MERITIS IMMORTALI

HANC NOVAM

SVMMI PRAEDECESSORIS

*MATERIAE MEDICAE*

EDITIONEM

AD QVAM ORNANDAM ET PERFICIENDAM ET IPSE MVLTA CONTVLIT

IN OBSERVANTIAE TESSERAM

D. D. D.

IO. CHRISTIANVS DANIEL SCHREBER

# PRAEFATIO

## EDITIONI PRIORI
## MATERIAE MEDICAE
## REGNI VEGETABILIS
## PRAEMISSA.

OPVSCVLVM hoc de MATERIA MEDICA in gratiam Diſcipulorum, Studioſorum Vpſalienſium, conſcripſi. Curavi ut evaderet liber mole parvus, nec foret oneri diſcentibus, heic etiam ſufficit pauca, ſed certa noſſe, ut firmo dein fundamento vaſtiſſimam eruditionis molem ſuperſtruant tandem maturi Practici, inſtitutis obſervationibus propriis ſelectiſſimis. Sciant autem eruditi Medici, me minime heic ipſis ſcripſiſſe; tanta enim hodierna medicina ſuperbit virium medicinalium copia, ut non arcto libello capiatur, ſed potius proprio pondere ruat.

SIMPLICIA tantum heic promo, ex quibus compoſita dein conficienda et dijudicanda ſunt. Quis enim de compoſitis judicium ferret, qui ignarus eſſet ſimplicium proprietatum? Sunt Simplicia deſumta e triplici Naturæ Regno: e Lapideo, Vegetabili et Animali; heic VEGETABILIA tantum depromſi, quæ maximam conſtituunt Materiæ Medicæ partem, alii tempori reſervans cetera, cum debeant ſingula Naturæ Regna propria methodo proponi *).

SVECICA OFFICINALIA tantum in hoc opus introduxi, cum inſtruerem Alumnos olim futuros per Sveciam



*) Prodierunt deinde ſub diſſertationum academicarum forma: *Materia medica e regno animali*. 1750 recuſa in *Amœnit. acad.* Vol. II. p. 07.
*Materia medica lapidea*. 1752. recuſa in *Amœn. acad.* Vol. III. p. 132.

ciam Medicos, adeoque plantas vix alias, quam quas PHARMACOPOEA HOLMENSIS (*Medicinal - Ordningar. Stockh.* 1742. *oct. p.* 90.) jubet, aſſumſi, et eas quidem omnes nulla excluſa, quamvis multæ et excludi poſſent et deberent.

INVSITATAS tamen nonnullas, viribus eximias et quibus commode carere nequeunt ingenioſi Medici, non potui non addere, quarum tamen catalogum heic ſiſtam, ne Pharmacopolas ſollicitent juvenes Medici de plantis, quas colligere et aſſervare, ex Conſtitutionibus regiis, nondum tenentur; ſunt hæ:

INDIGENAE.

Rad. *Britannic.*
*Actææ.*
*Barb. Hirci.*
*Bolet. Cervin.*
*Eupatorii.*
*Salep.*
*Telephii.*
Stip. *Dulcamar.*
Herb. *Cotulæ.*
*Lamii.*
*Lini cathart.*
*Linnææ.*
*Myrt. Brabant.*
*Muſc. Cumatil.*
*Canini.*
*Erecti.*
*Islandici.*
*Pyxidati.*
*Pedicularis.*
*Vulvariæ.*
*Vvæ urſi.*
*Xanthii.*
Bacc. *Norlandicæ.*
*Vitis idææ.*
Sem. *Daturæ.*
*Fagopyri.*

HORTENSES.

Rad. *Lapath. ſangu.*
Herb. *Ammi veter.*
*Camphoratæ.*
*Coridis.*
*Lauroceraſi.*
*Meliſſæ.*
*Scroph. aquat.*
Bacc. *Belladonæ.*

EXOTICAE.

Rad. *Alcann. ver.*
*Ginſeng.*
*Senegæ.*
Lig. *Caſſines.*
*Ebeni.*
*Pavanæ.*
*Profluv.*
Cort. *Simarub.*
Herb. *Auricular.*
*Acmellæ.*
*Fung. Melit.*
*Peraguæ.*
Fruct. *Fagaræ.*
*Nucul. Sapon.*
*Pimentæ.*
*Oryzæ.*
Succ. *Hypociſtid.*
*Sojæ.*
*Sagu.*
*Vernicis.*

METHODO in ſingulis Plantis uſus ſum conformi, eaque compendioſiſſima, plantam unamquamque *Octo lineis* complectens, ordine eodem ſemper poſitis; ſcilicet

*Nomen*

| | |
|---|---|
| *Nomen.* 1. | *Qualitas.* 5. |
| *Synonymon.* 2. | *Vis.* 6. |
| *Locus.* 3. | *Vſus.* 7. |
| *Pharmaceuticum.* 4. | *Compoſitum.* 8. |

SPECIES reduxi ad recepta a me Genera et Claſſes, ut certius innoteſcerent Botanicis Plantæ. DIFFERENTIAM, qua Species a Congeneribus diſtinguitur, ſedulo adjeci, FLORAM SVECICAM de plantis indigenis ſemper allegavi, ut Lectori Nomina vernacula, ſimulque Loca indicaret, ne ab Exteris regionibus indigenas plantas arceſſere cogantur Pharmacopœi Noſtrates. HORTVM VPSALIENSEM ſimiliter in ſubſidium vocare nunquam intermiſi de plantis in Hortis noſtris naſcentibus, ut ex eo innoteſceret Pharmacopœis, quas plantas noſtrum Solum facilius aut difficilius ferat, ne aut fruſtra repetant multoties a nobis inſtituta experimenta, aut ab exteris oris arceſſant, quæ in noſtris æque facile ac exterorum germinant Hortis.

DVBIAS, in Specierum determinatione occupatus, miratus ſum dari adhuc plurimas, in Officinis pharmaceuticis tritiſſimas et quandoque a ſeculo nati Salvatoris uſitatiſſimas; hæ in tanta Botanices luce, quæ hodie eſt, deſtituuntur Deſcripſionibus et Figuris aptis, ut circa has ideo cæcutiamus ſæpe ſereno die. Ne autem quis mihi objiciat, quod ſpecies dubias feſtinanter nimis determinaverim, en Catalogum earum, quas hæſitans adpoſui, ut ſi cui Botanico in poſterum aliquas ex hiſce inſpicere contingat in loco, ubi colliguntur pro officinis, de iis ſollicite inquirat, qua fide nobis innotuerint.

| | | |
|---|---|---|
| Rad. *Behen rub.* | Cort. *Canell. alb.* | Succ. *Ammoniacum.* |
| *Contrajerv.* | *Simarubæ.* | *Animi.* |



*Coſti.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Coſti.* | | *Thymiamat.* | | *Bdellium.* |
| *Galangæ.* | Herb. | *Spicæ ind.* | | *Benzoë.* |
| *Hermodact.* | Sem. | *Aniſ. Stellat.* | | *Balſ. Mecha.* |
| *Jalapæ.* | | *Amomi.* | | *Peruv.* |
| *Ipecacuanh.* | | *Cocculi.* | | *Tolu.* |
| *Ninſi.* | | *Cinæ.* | | *Caranna.* |
| *Parejrebrav.* | | *Cubebæ.* | | *Elemi.* |
| *Schœnanthi.* | | *Dauci cret.* | | *Galbanum.* |
| *Zedoariæ.* | | *Myrob. indic.* | | *Myrrha.* |
| Lign. *Aloe.* | | *Bellir.* | | *Olibanum.* |
| *Aſpalath.* | | *Chebul.* | | *Opopanax.* |
| *Braſilienſ.* | | *Citrin.* | | *Sagapenum.* |
| *Fernambuc.* | | *Paradiſi.* | | *Styrax liqu.* |
| *Ebenum.* | | | | *Sang.Dracon.* |
| *Nephrit.* | | | | *Tacamahaca.* |
| *Rhodium.* | | | | *Rhus.* |

SYNONYMON unicum in ſingulis plantis mihi pro compendio ſatis erit, quod præcipue a *C. Bauhini pinace* mutuatus ſum, unde reliqua deſumi et evolvi poſſunt in plantis Europæis; at in Exoticis et Indicis ſelectiſſimum quoddam adduxi ab *Horto Malabarico* aut *Pluckenetio* vel alio deſumtum, ut eo certius innoteſceret planta: ubi vero *Dubium* de planta fuit, plerumque ſignum (?) dubitationis adjeci.

NATALIA loco cujuscumque plantæ indicavi, ut conſtet unde ſingulæ arceſſantur, quæ notitia maxime Pharmacopolis neceſſaria eſt. Cum autem Plantæ Suecicæ indigenæ etiam in adjacentibus regionibus proveniant, ut evitarem plura verba, *Europam noſtram* ſeptentrionalem adpoſui, quod plantam Suecicam indicat. Ad finem Lineæ Tertiæ uno alterove vocabulo *Culturam* pharmacopœis monſtravi.

*Vulgares* dixi, quæ ſponte apud nos creſcunt.

*Cicures* vero Exoticas, quæ ſemel in Hortos noſtros introductæ, facile per ſe ſubſiſtunt ex Annuo ſemine vel Perenni radice.

*Man-*

*Manſuetas* autem, quæ more Animalium manſuetorum apud nos pulchre degunt, modo per hyemem tecta ſubeant vel parum a gelu defendantur.

*Feras* nominavi eas, quæ Ferarum inſtar toto anno intra clauſtra Caldarii coërcendæ et cuſtodiendæ ſunt, ne aufugiant pereantve, quales vix Fructum noſtro ſub climate ferunt.

*Peregrinas* dixi plantas, quæ Europæis Hortis vix unquam innotuere, adeoque e Peregrinis terris arceſſendæ.

*Durationem*, ut Cultura eo clarius innoteſceret, unico verbo adjeci.

*Semeſtris.* *Fruticulus.*
*Annua.* *Frutex.*
*Biennis.* *Arbuſcula.*
*Perennis.* *Arbor.*

PHARMACOPOEORVM Nomina, ſæpius licet abſurda, ſancte ſervavi, utpote complurium ſeculorum auctoritate, ratione legibusque exemta.

*Simplicia*, quæ ex ſingulis plantis deſumuntur, ſecundum modum naſcendi indicavi.

*Radix.* *Succus.*
*Lignum.* *Flos.*
*Cortex.* *Fructus.*
*Folia.* *Semina.*

*Præparata* partibus immiſcui, ea tamen lege, ut præparatum ſemper ſequatur partem ex qua præparatur, ut ſi e. gr. oleum adſit, intelligatur iſtud præparari ex parte proxime antegreſſa; ſunt præparata hæc

*Aquæ deſtillatæ.* *Conſerva.*
*Oleum Stillatitium.* *Syrupus.*
*Oleum Empyreumat.* *Rob.*
*Oleum Coctum.* *Conditum.*
*Oleum Expreſſum.* *Confectio.*
*Spiritus.*
*Eſſentia.*
*Extractum.*
*Sal.*

QVALITATES ſunt Senſibus externis evidentia attributa. *Odor* a Naribus determinatur et Volatilia indicat. *Sapor* a Lingua percipitur et aquæ Solubilia manifeſtat. *Superficies* Oculis plerumque dignoſcitur, et Colores, Conſiſtentiam, aliaque determinat.

| | | | |
|---|---|---|---|
| SAPORE: | *Fatua,* | *Inſipida,* | *Aquoſa, Herbacea,* |
| | *Oleracea,* | *Mucilaginoſa,* | *Pinguia, Dulcia;* |
| | *Aromatica,* | *Acria.* | *Pungentia;* |
| | *Calida,* | *Fervida,* | *Ignea, Urentia,* |
| | *Salſa,* | *Acida,* | *Auſtera, Styptica;* |
| | *Amara,* | | |
| ODORE: | *Inodora,* | *Fragrantia.* | *Suaveolentia.* |
| | *Ambroſiaca,* | *Hircoſa,* | *Graveolentia.* |
| | *Fœtida,* | *Tetra.* | *Nauſeoſa.* |
| SVPERF. | *Colorata:* | vario colore, | *Tinctoria.* |
| | *Oſſea,* | *Friabilia,* | *Poroſa, Lacteſcentia.* |
| | *Tenacia,* | *Glutinoſa.* | *Spumeſcentia.* |
| | *Gummoſa,* | *Reſinoſa,* | *Gummoſo-Reſinoſa.* |

*Fidem*, quam ſingulis ſimplicibus adhibent Medici hodierni, interdum uno alterove vocabulo indicavi.

POTENTIAM agendi itidem in quinta Linea adpoſui.

| | | |
|---|---|---|
| *Dubia,* | *Infida,* | *Præſtantia,* |
| *Eximia,* | *Heroica,* | *Cauta.* |

MODVM præſcribendi ſæpius omiſi, rarius addidi:

| | | |
|---|---|---|
| *Externa,* | *Pretioſa,* | *Culinaria.* |

FREQVENTIAM præſcribendi hodie præſertim apud noſtrates:

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Rarior,* | *Frequentia,* | *Trita,* | *Uſitata,* |
| *Inſueta,* | *Infrequentia,* | *Exoleta.* | |

VIRES in Sexta Linea habentur, quæ theoreticam actionem medicamentorum docent. Sunt hæc, ſi paucas excipias, ſæpe mere ſpeculativa; hinc parcus in his fui. Ne termini hi artes numero oneri eſſent tyronibus, in proximis paginis methodice eos diſpoſui ſub ſequentibus claſſibus: **Evacu-**

| | |
|---|---|
| *Evacuantia,* | *Alterantia,* |
| *Muſcularia,* | *Nervina,* |
| *Viſceralia,* | *Topica.* |

VSVS in ſeptima Linea allegavi, ſed parcus in his fui; potuiſſem facile hic corraſiſſe immanem copiam Medicamentorum, ſed præſtat hic pauca noſſe quam multa; hujus enim oneri dudum ſuccubuit Medicina, nec formulis reſtituenda, proinde in gratiam Tyronum non alios uſus produxi, quam quos multis experimentis probarunt Auctores, vel quos ipſe ſufficienti experientia edoctus, fidos reperi; exanimavi enim, præſertim olim Noſocomiis claſſis navalis præfectus Medicus, Simplicia, quotquot licuit, omnia, et infida atro carbone, Tuta albo calculo notavi. Nihilominus interdum coactus et anceps ſignum *Dubitationis* (?) adpoſui; at ubi maxime de medicamento ſpecifico convictus, ſignum *Exclamationis* (!) addidi.

COMPOSITA pauca allegavi, cum mihi de compoſitis plerisque ſit peculiaris ſententia; qui velit plura compoſita eaque receptiſſima ſingulis plantis inſerere, poterit hoc facile ſupplere e Commelino vel alio. Collega meus, Clariſſ. D. D. N. ROSÉN, Archiater Regius, incepit laborantibus Compoſitis medicas manus addere, abſolvere non dum ipſi licuit obruto majoris momenti negotiis; optaveram Ejus ſelectas Formulas allegaſſe, ſi prius prodiiſſent, ſed addant auditores poſt hac, dum prodeunt, ut conjugant conjungenda.

HAEC abſolvi, Diſcipuli dilectiſſimi, unice ut vobis inſervirem.

*Dabam* VPSALIAE 1749.
d. 28. *Januarii.*

LE

# LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

## EDITOR.

Cum materia medica *Linnéi*, viri immortalis, libro aureo, officinæ librariæ jam per plures annos caruiſſent, neque ab excellentiſſimo auctore nova exſpectanda videatur editio; Waltherus noſter, ubi a multis eum deſiderari animadverterat, conſilium cepit illius typis repetendi, atque ut editionis curam ſuſciperem rogavit. Difficilem fore intellexi, ſiquidem in illo aliqua erant immutanda, quædam illi addenda quæ omnia ad mentem auctoris efficere maxime videbatur arduum. Cedendum autem erat et Waltheri precibus et auditorum deſiderio; neque ſpes certa deerat editionem quæ noviſſimas celeberrimi auctoris de rebus unde medicamenta ſumuntur contineret ſententias, aliis quoque materiæ medicæ cultoribus et gratam fore et utilem, quamvis poſt perilluſtr. a Linné non defuerint, qui ſimplicium medicamentorum notitiam quam accuratiſſime tradiderint.

Impetrata igitur ab excellentiſſimo auctore, præceptore ſumma obſervantia ſemper colendo, venia, prelo illum denuo ſubjiciendi; et de præcipuis ad quæ in eo recenſendo attendendum eſſet momentis, admonitus, regno vegetabili, quod in prima editione ſolum prodierat, duo reliqua ſecundum

no-

noviſſimam ſyſtematis naturæ editionem in alium ordinem redacta, adjunxi; illud vegetabilibus, in pharmacopolia nondum ubique receptis, ſed a perilluſtri auctore dignis, quæ inter medicamenta vulgo venalia referantur, habitis, auxi: nomina tam generum quam ſpecierum ex Sp. plantarum, Syſtemate naturæ et Mantiſſis correxi, additis ubique harum nominibus trivialibus; loca natalia, ubi plura, vel certiora inveni, indicavi; qualitates, vires uſusque plures addidi, ea tamen adhibita cautione, ne quid propria auctoritate, quod a celeberrimo libri auctore non profectum eſſe cenſeretur, admiſcerem.

Fontes, e quibus iſta hauſi, ſunt perilluſtr. a Linné opera, quæ poſt editam Materiam medicam prodierunt; inprimis *Syſtema naturæ*, *Genera* et *Species plantarum* harumque *Mantiſſa utraque; Amœnitates academicæ*, et *Clavis medicinæ*; tum ejus in materiam medicam *prælectiones*, a variis amicis omni diligentia calamo exceptæ. Scripſi Erlangæ d. XIII. April. cIɔ Iɔ CCLXXII.

---

In quarta hujus libri editione*) vocabula technica paſſim accuratius ad amuſſim *Clavis medicinæ* b. auctoris accomodavi; vocabula quædam, et paragraphum, quæ amico prioris editionis curam mecum partienti, per feſtinationem exciderant, reſti-

*) Primum *Materia medica regni vegetabilis* Holmiæ 1749. *animalis* Vpſaliæ 1750. *lapidei* ibid. 1752; tum *tria regna conjunctim*, curante Cel. *Teſſari*, Venetiis 1762. edita ſunt. Tertia 1772. quarta 1781, utraque Erlangæ prodierunt.

reſtitui. Præcipue autem ſimplicia quædam, quibus b. auctor materiam medicam augeri voluit, in priorem editionem nondum recepta, ex ejus diſſertatione: *Obſervationes in materiam medicam*, Vpſaliæ 1772. ventilata et in *Amœnitatum academicarum* tomo VIII. p. 182. me curante recuſa, et quibusdam aliis, ſuis locis inſerui, et ad ejus mentem pauca quædam mutavi. Addidi præterea in infimo quarumdam paginarum margine obſervationes auctoris in officinalia nonnulla, e ſupra laudata diſſertatione, iisque aliquas immiſcui adnotatiunculas, uncis [ ] ſicut reliqua a memet ipſo paſſim adſperſa, incluſas. Ne autem cum mole pretium libelli nimis augeretur, indices aliquos, minus neceſſarios viſos, abſcidi. Tabulam æneam quoque, qua icon *Ophiorrhizæ Mungos* continebatur, cum non valde laudabilis eſſet, omiſi, meliorem, cum charactere plantæ emendato, peculiari libello editurus.

Quintam, quam philiatris nunc offero, editionem, ad normam *Supplementi plantarum* a. b. LINNEO, *Filio*, Brunsvigæ 1781. editi, paſſim emendavi et auxi, et notas quasdam novas nonnullaque alia adſperſi, præcipue autem diligenter curavi, ut ea prioribus quantum fieri poſſet emendatior prodiret. Scr. Erlangæ in Acad. Frid. Alexandr. d. 1. Febr. CIↃ IↃ CCLXXXVII.

# AVCTORES

## PRIMARII ET VSITATISSIMI.

1. DIOSCORIDES Pedacius, *Anazarbeus Siculus.*
Libri IV. de Materia Medica.
*Scripta Neronis ætate. Prodiit variis locis.* Experta.

2. SCHROEDERVS Johannes. *Medicus Francof.*
Pharmacopœia medico chymica.
*Vlm. 1641. qu.*

3. PAVLI Simon. *Medicus Regis Daniæ.*
Quadripartitum Botanicum.
*Argentorati 1667. quart. p. 660.* Compilata.

4. KOENIG Emanuel. *Medicus Baſileenſis.*
Regnum Vegetabile.
*Baſileæ 1688. quart. pars 1. p. 166.*
*Baſileæ 1696. quart. pars 2. p. 271.* Compilata.

5. RAJVS Johannes. *Theologus Cantabrigienſis.*
Hiſtoria Plantarum.
*Londini 1686. fol. p. 1940.* Conquiſita.

6. DALEVS Samuel. *Medicus Anglus.*
Pharmacologia.
*Lugd. bat. 1739. quart. p. 459.* Botanica.

7. POMET Petr.
Hiſtoire générale des Drogues.
*Pariſ. 1694. fol.*

8. VALENTINI Mich. Bernh. *Prof. Med. Gieſſ.*
Muſeum Muſeorum.
*Francof. 1704 Tom. I. 1714. tom. II. III. fol.*

9. TOURNEFORT Joſeph. Pitt. *Prof. Bot. Pariſ.*
Hiſtoire des Plantes des environs de Paris.
*Pariſ. 1698. oct. p. 545.* Chemica.

10. HERMANNVS Paulus. *Prof. Bot. Leydenſ.*
Cynoſura Materiæ Medicæ.
*Argentor. 1726. quart. p. 728. per* J. BOECLER. Limata.

11. CHOMEL Joh. Baptiſt. *Medic. Pariſin. S. R. P.*
Abrégé des Plantes uſuelles.
*Pariſ. 1715. duod. Vol. 2.*
Supplement.
*Pariſ. 1730. duod.*

12. ZORN Barthol. *Med. Doct.*
Botanologia Medica.
*Berolini 1714. quart. Germanice.* Compilatiſſima.

BVCH-

13. BVCHWALD Johannes. *Prof. Med. Haffn.*
Specimen Medico-Practico-Botanicum.
*Hafniæ 1721. octav.*

14. BOECLERVS Johannes. *Prof. Bot. et Chem. Argent.*
Cynoſuræ Materiæ Medicæ (7) Continuatio.
*Argent. 1731. quart.* Limata.

15. BOERHAAVIVS Herm. *Prof. Bot. Leydenſis.*
Hiſtoria Plantarum.
*Londini 1731. oct.* Conquiſita.

16. GESNERVS Joh. Albr. *Archiater Wirtemb.*
Pharmacopoea Wirtembergica.
*Stutgard. 1741. fol. 1772. fol.* Nitida.

17. GEOFFROY Steph. Franc. *Prof. Mat. Med. Pariſ.*
Tractatus de Materia Medica. Vol. 1. 2. 3.
*Pariſ. 1741. oct.* Elaborata.

18. *ab* HALLER Albert *Soc. R. Gotting. Præſes.*
Stirpes Helvetiæ.
*Gotting. 1742 fol. Bernæ 1768. fol.* Selecta.

19. RVMPHIVS Ge Eberh. *Mercator et Conſil. Amboin.*
Herbarium Amboinenſe.
*Amſtelod. 1741-1751. fol. vol. 7.*

[20. CARTHEVSER Jo Friedr. *Prof. Med. Francof.*
Fundamenta Materiæ Medicæ.
*Frf. ad Viadr. 1749. 1767. tom. I. II. oct.*

21. LEWIS Wilh.
Experimental hiſt. of the mat. med.
*Londini 1761. qu. anglice. Tiguri 1771. german.*

22. GLEDITSCH Jo. Gottl. *Prof. Bot. Berolin.*
Verzeichniſs der Arzneygewächſe.
*Berol. 1769. oct.*
Wiſſenſch. der Arzneymittel.
*Berol. oct. tom. 1. 2. 1779-1781.*

23 SPIELMANN Jac. Reinh. *Prof. Med. Argent.*
Inſtitutiones Materiæ Medicæ.
*Argent. oct. 1774.*

24. MVRRRAY Joh. Andr. *Eques. Prof. Bot. Gotting.*
Apparatus Medicaminum.
*Gotting. oct. vol. 1. 1776. vol. 2. 1779. vol. 3. 1783.*

25. BERGIVS Pet. Jon. *Prof. Holm.*
Mat. Med. e regno vegetabili.
*Holm. oct. tom. I. II. 1778.*]

# CANONES.

1. Non poſt rationem MEDICINA inventa fuit, ſed poſt inventam Medicinam RATIO quæſita eſt. *Celſ.*

2. Duo in MEDICINA FVLCRA ſunt: Ratio et Experientia; *Experientia* præcedit, *Ratio* ſequitur; hinc Rationes in rebus medicis Experientia non conditæ, nihil valent. *Hoffm.*

3. Mallem famoſo EMPIRICO, quam ſubtili Mechanico, ſalutem meam committere. *Gœlik.*

4. BARBARI plus ad augmentum Medicaminum contulerunt, quam omnium ætatum ſcholæ. *Brunn.*

5. Serio ſuadeo Medicinæ Candidatis, EVPORISTA magnopere ſibi commendata habeant. *S. Paul.*

6. Qui et multa et VTILIA ſcit, ille ſapit. *Contra Aeſculap.*

7. PAVCIS utatur Medicus Remediis, iisque Selectis. *Trit.*

8. SELECTA ſunt, quæ Medicum nobilitant.

9. Qui poteſt mederi SIMPLICIBVS, doloſe et fruſtra quærit compoſita. *Villanov.*

10. Qui longas remediorum FORMVLAS præſcribit, aut dolo peccat aut ignorantia. *Trit.*

11. Qui miſcet CONTRARIA, ægrum, pharmacopœum, et ſe ipſum peſſundat.

12. Plurima medicamenta elaboravit CHEMIA, ſed nulla detexit.

13. Medicus NOTITIA PLANTAE deſtitutus, de viribus ejusdem nunquam juſte judicavit.

14. Syſtemate, Qualitate et Experientia eruitur omnis uſus plantarum.

15. Regnum VEGETABILE præſtantiſſima, LAPIDEVM duriſſima, ANIMALE pauciſſima producit Medicamina.

16. ESCVLENTA conſervant, VENENA reſtituunt ſanitatem.

17. Alimenta a Toxicis, uti Medicamenta a Venenis, non Natura ſed DOSIS diſtinguit.

18. Omne NIMIVM, quamvis optimum, Naturæ inimicum eſt.

19. ADSVETA conſervant, MVTATA frangunt Naturam.

20. CONTRARIA contrariis et MORBI MORBIS curantur.

21. Tituli REMEDIA, Pyxides Venena habent. *Agripp.*

22. Medicamentis uti, niſi in vehementibus malis, SVPERVACANEVM eſt *Celſ.*

23. Medicamenta HEROICA, in manu imperiti, ſunt uti gladius in dextra furioſi. *Trit.*

24. Vbi VNICA VIA ſalutis, ea licet cum periculo eſt tentanda.

25. Satius eſt ANCEPS experiri remedium, quam nullum.

26. Quos Ratio non curavit, ſæpe curavit TEMERITAS. *Celſ.*

27. Jus vitæ ſui ipſius MEDICO ſapienti tradat æger.

28. Natura arte adjuta, interdum facit MIRACVLA.

29. Felix eſt iſte pulvis, qui venit TEMPORE Criſeos.

30. NATVRA repugnante, Medicina nihil proficit. *Celſ.*

31. PRVDENTIS eſt MEDICI, eum, qui ſervari nequit, non attingere, ne videatur occidiſſe, quem ipſius ſors interemit. *Celſ.*

# PONDERA.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Gr. Granum | 1. | - | - | - | - | GVTTA ſæpe æqualis grano. | |
| ℈. SCRVPVLVS | 20. | - | - | - | | *Grana* | 20. |
| ʒ. DRACHMA | 60. | 3. | - | - | | *Scrupuli* | 3. |
| ℥. VNCIA | 480. | 24. | 8. | - | | *Drachmæ* | 8. |
| ℔. LIBRA | 5760. | 280. | 96. | 12. | 1. | *Vnciæ* | 12. |
| | Gr. | ℈. | ʒ. | ℥. | ℔. | | |

| | | | |
|---|---|---|---|
| P. PVGILLVS | quod 3 digitis capitur. | *Drachma* | 1. |
| M. MANIPVLVS | quod manu comp. | *Pugilli* | 4 ſ. ℥ß. |
| F. FASCICVLVS | - - - | *Manipuli* | 12. |
| Ch. COCHLEARE | - - | *Vncia* | 1. |
| Q. MENSVRAE | Quadrans. - - | *Libra* | 1. |

# SIGNA.

## A NOBIS VSITATA.

▽. AQVA deſtillata.

⎍. SPIRITVS.

(O). OLEVM expreſſum.

◎. OLEVM coctum.

°°°. OLEVM ſtillatitium.

°°°. OLEVM empyreumaticum.

℞. TINCTVRA.

♁. PVLVIS.

# TERMINI.

Radices V. APERIENTES majores.

*Apii, Petroſelini, Fœniculi, Ruſci, Aſparagi.*

Radices V. APERIENTES minores.

*Rubiæ, Graminis, Ononidis, Eryngii, Capparidis.*

Herbæ V. EMOLLIENTES.

*Althææ, Mercurialis, Parietariæ, Brancæ urſi, Betæ.*

Herbæ V. CAPILLARES.

*Capill. veneris, Scolopendrii, Ceterach, Trichomanis, Rutæ murariæ.*

Flores IV. CORDIALES.

*Borraginis, Bugloſſæ, Roſæ, Violæ.*

Semina IV. CALIDA majora.

*Carvi, Cymini, Aniſi, Fœniculi.*

Semina IV. CALIDA minora.

*Ammios ver., Amomi ver., Apii, Dauci ſylv.*

Semina IV. FRIGIDA majora.

*Cucurbitæ, Citrulli, Melonis, Cucumeris.*

Semina IV. FRIGIDA minora.

*Lactucæ, Cichorei, Endiviæ, Portulacæ.*

DOSES.

# DOSES.

Agarici - - ʒj.
*Decoct.* - ʒjv.
*Extract.* - - ℈ij.
Aloës *Subſtantia* - ℈j.
*Extractum* - ℈ß.
Aſari ♁ *groſſ.* ℈ij. *tenuiſſ.* ʒß.
*Extractum* - - ℈ß.
*Fol. ſubſt.* NVI. *inf.* NVIIJ.
Bryoniæ *Rad.* ʒij. *Decoct.* ℥j.
Carthami *Semina* - ʒj.
Caſſiæ *Pulpa* - ℥j.
Colocynthis *Extract.* Grjv.
Croci *Subſtant.* - ℈j.
*Tinctur.* - ʒß.
*Extract.* - - ℈ß.
Cucum. aſinin. *Rad.* ℈j.
Elaterii *Extract.* - ℈j.
*Reſina.* - Grij.
Ebuli *Cortex* - ʒj.
*Semina* - - ʒj.
Eſulæ *Cortex* - Grjv.
Euphorbium - Grjv.
Fumariæ *Succus* - ℥j.
Gnidii *Grana* - Grjv.
Gratiolæ *Pulvis* - ℈ij.
*Succ. inſp.* ʒß.

Guttæ *Gum.* - Grxvj.
*Sulphur.* Grvj.
Hellebor. nigr. *Rad.* ℈j.
*Decoct.* ʒiij.
*Extract.* ℈ß.
Hermodactylus - ʒij.
Jalapæ *Radix* - - ʒß.
*infuſ.* ▽. ʒij. ⎍. ʒj.
*Eſſentia* - - ℈v.
*Reſina* - - - ℈ß.
*Extract.* - - ℈j.
Ipecacuanh. *Pulv.* - ℈ij.
*Decoctum.* - - ℈jv.
Ireos *Rad. Succ.* - ℥j.
Juglandis *ament.* Gr. jv.
Mannæ - - ℥jß.
Mechoacan. *Rad.* - ʒß.
Myrobalan. ſubſt. - ℥j.
Decoct. - - ℥ij.
Opopanax - ʒß.
Opium *crudum* - Grj.
*Extract.* - - Gr. v.
*Tinctura* - - ℈ß.
*Laud. liqu.* - ℈ß.
Papaver. *Diacodium* ℥j.
Rhœadis *Tinct.* ʒij.

| | |
|---|---|
| Polypodium - | ℥jß. |
| Rhabarb. *Radix* - | ʒj. |
| *Eſſentia* - | ʒj. |
| *Extract.* - | ℈j. |
| Ricini *Semina* - | Grjv. |
| Roſarum ſolut. *ſyrup.* | ℥jß. |
| Sagapenum - | ʒß |
| Scammon. *crud.* | Gr. vij. |
| *Diacryd.* | ℈ß. |
| *Reſina* | ℈ß. |
| Senna *Subſtant.* | ʒj. |
| *Decoct.* - - | ℥ß. |
| *Extract.* - | ℈jß. |
| Soldanella *ſubſt.* - | ʒj. |
| Spinæ cervin. *Bacc.* | ʒij. |
| *Syrup.* - - - | ℥j. |
| Tabaci *Extract.* | Griij. |
| Tamarind. *pulp.* - | ℥ß. |
| *Decoct.* - | ℥iij. |
| Turbith - - | ʒj. |
| Confect. Hamech. | ʒjv. |
| *Elect.* Lenitiv. - | ℥j. |
| Diaphœn. | ʒjv. |
| *Extr.* Panchym. - | ℈ß. |
| *Pil.* Cochiæ - | ʒß. |
| *Pulv.* Cornach. - | ℈j. |
| *Syr.* Cichor. c. rheo | ℥j. |
| *Troch.* Alhand. - | Grjv. |

SIM-

# SIMPLICIA.

RADICES primo vere eradicandæ, antequam folia germinant, conſcindendæ in taleos, ſiccandæ in umbra.

LIGNA colligenda tempore hyemali, findenda mox.

STIPITES dicuntur rami arborum, qui colligendi tempore vernali, dum folia incipiunt erumpere.

TVRIONES ſunt novelli caules, vel rami, qui nondum folia protulere, colligendi antequam indureſcant.

CORTICES tempore vernali deſumendi, dum facillime a ligno ſecedunt, aut hyeme.

HERBAE colligendæ quando incipiunt florere, mox exſiccandæ in umbra ſuſpenſæ.

FOLIA legenda poſtquam diffloruit, ſed antequam ſemina maturavit Planta.

FLORES colligendi quamprimum dehiſcere incipiunt, ante caſum pollinis antherarum.

*Depurgati* flores deſumuntur absque calyce & piſtillo, ſola Corolla ſervata.

ANTHERAE colligendæ antequam pollinem dimittant.

FRVCTVS legendi dum pericarpia ſponte ſeſe aperire incipiant.

SEMINA colligenda dum ſponte a planta ſecedant. Semina valent quamdiu aquæ immiſſa fundum petunt; natantia vero rejicienda, pauciſſimis exceptis.

SVCCI ſua ſponte vel arte adjuti exſtillant.

GVMMI ſolvitur ▽, non 🜈;
igne liqueſcit aut flagrat.

RESINA ſolvitur 🜈, non ▽;
igne et liqueſcit et flagrat.

GVMMI RESINA ſolvitur +, partim ▽, partim 🜈.

EXPRESSI SVCCI, lento igne inſpiſſentur, antequam aſſervantur.

# PRAEPARATA.

AQVA. Plantæ (abſque prævia fermentatione) cum Aqua fontana deſtillantur e veſica cuprea per alembicum ſtanno obductum.

SPIRITVS. Plantæ uti Aqua deſtillantur.

FERMENTATVS. Plantis contuſis affundatur parum aquæ calentis, addito fermento; ſtent in vaſe patulo loco calido, ad juſtam fermentationem, deſtillentur.

VINOSI deſtillentur ut prius, vino loco aquæ, abſque fermentatione.

SPIRITV VINI forti fiat deſtillatio, uti vinoſi, qui ex plantis aromaticis fiunt.

OLEVM in Officinis quadruplex aſſervatur:

STILLATITIVM. Plantæ ſubſiccæ macerantur in aqua per triduum, addito parum ſalis, deſtillantur more aquæ e veſica ad $\frac{1}{3}$ repleta, oleum dein ſupernatans ſeparetur. Vel ex ſpiritu fermentato, aqua debilitato, ſumatur.

EMPYREVMATICVM. Plantæ reſinoſæ deſtillantur per Retortam ſive per deſcenſum.

COCTVM. Herbæ macerantur in oleo expreſſo (olivarum), dein coquatur lente ad humidi conſumtionem, exprimatur, coletur.

EXPRESSVM. Semina contuſa, calefacta in ſartagine, agitata ne uſtulentur, excepta ſacculo lineo, ſubmiſſa prelo calido exprimantur.

SAL. CINERES. Plantæ recentes in ſartagine, lamina ferrea tecta, lente comburantur ad perfectos cineres.

FIXVM. Cineres extrahantur aqua fontana, aqua decantetur, filtretur, evaporetur ad ſiccitatem, parum calcinetur, ſolvatur aqua, coquatur ad pelliculam, cryſtalliſetur.

ESSENTIALE. Succus herbæ recentis filtretur, in vitro lente evaporetur ad $\frac{1}{3}$, reſiduum reponatur in olla, tectum oleo expreſſo, ſtet per octo menſes, ſal cryſtalliſatum ſeparetur, cito aqua frigida abluatur et leniter exſiccetur.

TINCTVRA AQVOSA. Speciebus ſiccis cum ſale affundatur tepida, digerantur in loco tepido, extrahat aqua colorem, ſaporem; decantetur.

SPI-

SPIRITVOSA. Speciebus ſiccis affundatur Spiritus vini ſtent in loco tepido, vaſe clauſo, extrahat colorem, ſaporem, odorem; decantetur, filtretur.

ESSENTIA eſt Tinctura ſpirituoſa magis ſaturata et minus pellucida.

ELIXIRIVM. Eſſentia maxime ſaturata ex variis diverſis mixtis, hinc maxime opaca.

EXTRACTVM AQVOSVM. Tinctura aquoſa plantæ evaporetur ad conſiſtentiam.

SPIRITVOSVM. Tinctura ſpirituoſa evaporetur ad conſiſtentiam.

AQVOSO SPIRITVOSVM. Plantæ ſiccæ digerantur in Spiritu vini, exprimatur, filtretur, ſervetur *Tinctura Spirituoſa.* Ruſiduum aqua fontana digeratur, coquatur, filtretur, expreſſum aquoſum albumine clarificetur, ſervetur *Tinctura aquoſa.*
Mixta Tinctura aquoſa & ſpirituoſa, lento igne evapo retur ad conſiſtentiam.

SYRVPVS. Plantarum ſucco aut infuſo ℔x. adde Sacchari albi ℔xj. f. unica ebullitione Syrupus.

ROB. Baccarum ſucci depurati ℔jv. Sacchari ℔j. coque in vaſe figulino ad mellis conſiſtentiam.

CONSERVA. Plantis recentibus inciſis, adde Sacchari albi duplum, contuſo probe in mortario marmoreo, ſervetur in vitro.

CONDITVM. Radix ſ. Fructus carnoſus, maceretur tribus diebus, aqua quotidie renovata, coque in aqua, cocta aqua frigida abluatur, affunde Saccharum ad conſiſtentiam Syrupi coctum.

CONFECTIO. Semina integra immittantur aheno confectorio ſuper ignem collocato, affunde Sacchari clarificati cochlearia, moveatur ſupra ignem continuo.
Præparatio hæece committitur plerumque Sacchari confectoribus.

# COMPOSITA.

PVLVIS. Herbæ ſiccæ comminutæ in farinam cribratam. Pulver.

ALCOHOL eſt Pulvis ſubtiliſſimus. Augenpulver.

SIEF. Pulvis pro oculis. Zahnpulver.

DENTIFRICIVM. Pulvis pro dentibus.

SVFFITVS. Pulvis groſſus ſpargendus ſupra prunas pro fumo. Räucherpulver.

SPECIES. Plantæ ſiccæ minutim conſciſſæ. Säcklein.

SACCVLVS. Species et Pulveres fragrantes ſiccæ, mixtæ, in Sacculo applicatæ. Kräutermüze.

*Cucupha.* Sacculus pro capite.

EMPLASTRVM. Maſſa in magdaleones cylindricos formata, conſiſtentia in frigido ſolida, in calido liqueſcente, linteo inducenda, cui tenaciter adhærens, compoſita ex Cera, Sebo, Reſinis, Oleis, Pulveribus. Pflaſter.

VNGVENTVM. Emplaſtrum mellis conſiſtentia, pingue, calore liqueſcens, non tenaciter adhærens. Salbe.

LINIMENTVM. Vnguentum olei conſiſtentia. *Collyrium* Linimentum pro oculis.

CATAPLASMA. Puls cocta ex ſpeciebus et pulveribus in liquore, externe adplicanda. Umſchlag.

BOLVS. Maſſa conſiſtentia pultis denſioris ex Pulveribus, Syrupo aut Rob. Biſſen.

ELECTVARIVM. Maſſa conſiſtentia conſervæ, ex ſpeciebus ſ. Pulveribus, Syrupis. Lattwerge.

PILVLA. Maſſa emplaſtri conſiſtentia, redacta in globulos, ut integri deglutiantur. Pillen.

SVPPOSITORIVM. Maſſa pilularis digiti figura, Recto introducenda. Stulzäpflein.

PESSVS. Suppoſitorium pro vagina uteri. Mutterzäpflein.

TROCHISCVS. Paſta orbicularis ſignata ex pulvere et mucilagine, in umbra ſiccata. Sternküchlein.

MOR-

MORSVLVS. Placenta rigida ex pulveribus et ſaccharo ad conſiſtentiam tabulati cocto, effuſa ſupra laminam. — Morſelle.

ROTVLA. Morſulus ſubrotundus, (Succo ſæpe impraegnatus), effuſus ſupra laminam in orbiculos.

EXPRESSIO. Succus expreſſus ex Plantis tenellis ſuccoſis vernalibus, frigide propinandus. — Saft.

EMVLSIO. Lac paratum per contuſionem ex Cotyledonibus cum aqua, modica expreſſione. — Milch.

GVTTVLA. Liquores ſpirituoſi, guttatim propinandi. — Tropfen.

HAVSTVS. Potus ex variis aquis mixtis. — Tränkchen.

JVLEPVS. Hauſtus ex aquis, Syrupo et acido. — Julep.

MIXTVRA. Hauſtus ex aquis, Pulveribus & Saccharato. — Mixtur.

INFVSVM. Species aquæ fervidæ inditae, ut calida aqua absque ebullitione proprietatem extrahat. — Thee.

DECOCTVM. Species aqua aut vino coctæ, ut liquor ebulliens extrahat proprietates. — Decoct.

GARGARISMA. Decoctum aut hauſtus pro collutione faucium. — Gurgelwaſſer.

ENEMA. Decoctum tepide injiciendum cavitati mediante Syringa.

*Clyſma* eſt enema per anum injiciendum. — Clyſtir.

EPITHEMA. Decoctum corpore bibulo applicandum calide. — Umſchlag.

BALNEVM. Decoctum calidum cum Herbis, pro corporis humectatione externa. — Bad.

SEMICVPIVM. Balneum pro partibus pectore inferioribus. — Halbbad.

PEDILVVIVM. Semicupium pro pedibus. — Fußbad.

VAPOR. Halitus balnei ex olla per ſellam perforatam. — Dampfbad.

VIRES.

# VIRES.

Qualitates ſ. Principia Vegetabilium vim et actionem ſuam exſerunt in corporis humani vel *Liquida* vel *Solida*, vel ex Solidis Liquidisque compoſita *Viſcera*.

LIQVIDA vel evacuando vel alterando.

SOLIDA vel in fibras Nerveas vel Muſculares agendo.

SOLIDO - LIQVIDA vel Internis vel Externis medendo.

| | | *Claſſes.* | *Ordines.* |
|---|---|---|---|
| MEDICAMENTA agunt vel in | Liquida | EVACVATORIA. e corpore exterminantia. | Purgantia. Borborygmica. Pellentia. Pituitoſa. |
| | | ALTERANTIA. maſſam ſanguineam emendantia. | Dyſcraſiva. Diathetica. |
| | Solida | NERVINA. in nervos agentia. | Orgaſtica. Convulſiva. Excitantia. Stupefacientia. Phantaſtica. |
| | | MVSCVLARIA. in muſculoſas fibras agentia. | Relaxantia. Corroborantia. Corrodentia. |
| | Solido Liquida. | VISCERALIA. viſcera petentia. | Spirituoſa.Ślioſa. Mucaginoſa. Venerea. |
| | | TOXICA. externe applicabilia. | Conſolidantia. Diſcutientia. Arcentia. |

Claſ-

# EVACVANTIA.

## I. PVRGANTIA.

evacuantia liquida intra tubum inteſtinalem contenta.

EMETICA. *Vomitoria.*
evacuant ventriculum per Oeſophagum.
DRASTICA.
evacuant inteſtina & ventriculum per anum violentiſſime.
CATHARTICA. *Purgantia.*
evacuant inteſtina per anum moderate.
* ECCOPROTICA. *Laxativa, Laxantia.*
evacuant inteſtina per anum debiliſſime.

## II. BORBORYGMICA.

evacuantia flatus intra tubum inteſtinalem contentos.

FLATVLENTA.
Flatibus abdomen diſtendunt.
RVCTATORIA.
Flatus per Oeſophagum expellunt.
CARMINATIVA.
Flatus per anum expellunt.

## III. PELLENTIA.

evacuantia in Vaſis contenta per truncum.

DIAPHORETICA. *Perſpirantia.*
expellunt per Tranſpirationem.
SVDORIFERA.
expellunt per Sudorem.
DIVRETICA.
expellunt Vrinam.
EMMENAGOGA.
expellunt Menſtrua.
ABORTIVA.
expellunt Fœtum.

## IV. PITVITOSA.

evacuantia ſecreta per caput.

ERRHINA. *Ptarmica.*
Mucum e naribus eliciunt.

SIA-

SIALAGOGA. *Apophlegmatiſantia; Maſticatoria.*
Salivam ex Faucibus & ore eliciunt.
EXPECTORANTIA.
Screatum e Bronchiis eliciunt.

*Claſſis II.*

# ALTERANTIA.

## I. DYSCRASIACA.

alterantia humorum qualitatem acidam aut alcalinam.
ANTIPHLOGISTICA.
Putreſcentiam aquoſo diluunt.
REFRIGERANTIA.
Putredinem acido emendant.
BALSAMICA. *Abſtergentia.*
Putredini amaro reſiſtunt.
ANTACIDA.
Acido amaritie reſiſtunt.
ABSORBENTIA.
Acidum abſorbendo infringunt.

## II. DIATETICA.

alterantia humorum Conſiſtentium & miſcelam.
RESOLVENTIA.
Denſa attenuant.
INCIDENTIA. *Attenuantia.*
Viſcida attenuant.
MVNDIFICANTIA. *Diluentia, Aperientia.*
Impura lavant.
EDVLCORANTIA.
Acria edulcorant.
DEMVLCENTIA. *Temperantia.*
Acria frangunt.
OBTVNDENTIA.
Acria involvunt.
LVBRICANTIA. *Mucilaginoſa.*
Acria inviſcant.
INSPISSANTIA.
Tenuia combinant.

*Claſ-*

# NERVINA.

## I. ORGASTICA.

augentia Functiones vitales.

ALEXITERIA.
Halitum fragrantem reddunt.
STIMVLANTIA.
Secretiones incitant.
CALEFACIENTIA.
Calorem adaugent.
NVTRIENTIA. *Alimentoſa.*
Corpus reſtaurant.
ANALEPTICA.
Vires inflant.

## 2. CONVVLSIVA.

cauſſantia nervorum convulſiones.

TVSSICVLOSA.
Pulmones convellunt.
SINGVLTVOSA.
Cardiam convellunt.
STERNVTATORIA.
Diaphragma convellunt.

## 3. EXCITANTIA.

mutantia Mentem.

EXHILARANTIA.
Animum addunt.
INEBRIANTIA. *Fatuantia, Temulentantia, Phantaſtica.*
Judicium confundunt.

## 4. STVPEFACIENTIA.

Suffocantia oſcillationem.

PAREGORICA.
Orgaſmum ſedant.
ANODYNA. *Antiſpaſmodica.*
Dolorem mitigant.
NARCOTICA.
Mentem ſtupefaciunt.
HYPNOTICA. *Soporifera.*
Soporem inducent.

*Claſ-*

# MVSCVLARIA.

## 1. RELAXANTIA.

Laxantia tonum Fibræ muſculoſæ.

HVMECTANTIA.
aquoſo relaxant.
EMOLLIENTIA.
oleoſo relaxant.
IMPINGVANTIA.
chyloſo relaxant.

## 2. CORROBORANTIA.

Firmantia tonum Fibræ muſculoſæ.

EXSICCANTIA.
Siccando corroborant.
TONICA. *Corroborantia.*
amaro firmant.
ADSTRINGENTIA. *Coriaria.*
Styptico depſant.
SOPHISTICANTIA.
Genitalia adſtringunt.

## 3. CORRODENTIA.

ABSTERGENTIA. *Saponacea.*
gluten fibrarum abſtergunt.
COSMETICA.
Superficiem fibrarum abradunt.
SEPTICA. *Inflammatoria. Cauſtica.*
Fibras inflammant.
VESICATORIA. *Excoriantia. Exurentia. Exulcerantia. Corroſiva.*
Fibras corrodunt.

# VISCERALIA.

## 1. SPIRITVOSA.

Nervos excitantia.

CEPHALICA. *Nervina.*
Caput confortant.
CARDIACA. *Cordialia.*
Cor corroborant.

## 2. BILIOSA.

Bilem augentia.

HEPATICA.
Hepar petunt, bilem generant.
SPLENICA.
Splenem petunt? corroborant.
STOMACHICA.
Orexin excitant.

## 3. MVCAGINOSA.

Pulmones corroborantia lubricantiaque.

BECCHICA. *Thoracica.*
Muco acriuſculo pulmoni dicata.

## 4. VENEREA.

Genituræ faventia.

APHRODISIACA:
Venerem excitant.
VTERINA.
Fœtui favent.
LACTIFERA. *Galactophora.*
Lac adaugent.

# TOPICA.

## 1. CONSOLIDANTIA.

Solutionem continui medicantia.

VVLNERARIA. *Conſolidantia.*
Conſolidant vulnera.
GLVTINANTIA.
Conglutinant citius vulnera.
MATVRANTIA.
Pus movent.
DIGERENTIA. *Digeſtiva.*
Pus maturant.
SARCOTICA.
Carnem, peregrina auferendo, generant?
CATHAERAETICA.
Hyperſacoſin auferunt.
CICATRISANTIA. *Epulotica?*
Vlcera conſolidata ſiccant.
SISTENTIA. *Iſchæma.*
Sanguinem ſiſtunt.

## 2. DISCVTIENTIA.

Humores retundentia.

REPELLENTIA.
Materiem amandant.
LACTIFVGA.
Lac minuunt.
STERILITANTIA.
Imprægnationem præpediunt.

## 3. ARCENTIA.

Animalculis noxia.

ANTHELMINTHICA.
Vermes enecant.
EXANTHEMATICA. *Bezoartica.*
Acaros expellunt.
PHTHIRIACA.
Pediculos occidunt.

CON-

# CONSPECTVS
## MATERIAE MEDICAE.

# REGNVM ANIMALE.

### Claſſis I.
### MAMMALIA.

*PRIMATES.*

| | | |
|---|---|---|
| Homo | 1 ſapiens | 1 |

*BRVTA.*

| | | |
|---|---|---|
| Elephas | 2 maximus | 12 |
| Trichechus | 3 Manatus | |

*FERAE.*

| | | |
|---|---|---|
| Canis | 4 familiaris | 6 |
| | 5 Lupus | 4 |
| | 6 Vulpes | 5 |
| Felis | 7 Catus | 3 |
| Viverra | 8 Zibetha | 8 |
| Vrſus | 9 Arctos | 2 |
| | 10 Meles | 7 |

*GLIRES.*

| | | |
|---|---|---|
| Lepus | 11 timidus | 9 |
| Caſtor | 12 Fiber | 10 |
| Mus | 13 Muſculus | 11 |

*PECORA.*

| | | |
|---|---|---|
| Moſchus | 14 moſchiferus | 16 |
| Cervus | 15 Alces | 17 |
| | 16 Elaphus | 18 |
| | 17 Tarandus | 19 |
| Capra | 18 Hircus | 20 |
| Ovis | 19 Aries | 21 |
| Bos | 20 Taurus | 22 |

*BELLVAE.*

| | | |
|---|---|---|
| Equus | 21 Caballus | 14 |
| Hippopot. | 22 amphibius | 13 |
| Sus | 23 Scrofa | 15 |

*CETE.*

| | | |
|---|---|---|
| Monodon | 24 Monoceros | 38 |
| Balæna | 25 Myſticetus | 37 |
| Phyſeter | 26 macrocephalus | 39 |

### Claſſis II.
### AVES.

*PICAE.*

| | | |
|---|---|---|
| Corvus | 27 Pica | 23 |

*ANSERES.*

| | | |
|---|---|---|
| Anas | 28 Anſer | 24 |
| | 29 Boſchas | 25 |

*GRALLAE.*

| | | |
|---|---|---|
| Struthio | 30 Camelus | 26 |

*GALLINAE.*

| | | |
|---|---|---|
| Pavo | 31 criſtatus | 27 |
| Phaſianus | 32 Gallus | 28 |
| Tetrao | 33 Perdix | 29 |

*PASSERES.*

| | | |
|---|---|---|
| Columba | 34 Oenas | 30 |
| Hirundo | 35 urbica | 31 |

*Claſſis*

*) Series prior numerorum ad hanc editionem pertinet, poſterior primæ numeros indicat.

## *Claſſis III.*

## AMPHIBIA.

*REPTILIA.*


| | | | |
|---|---|---|---|
| Rana | 36 | temporaria | 32 |
| | 37 | Bufo | 33 |
| Lacerta | 38 | Scincus | 34 |


*SERPENTES.*


| | | | |
|---|---|---|---|
| Coluber | 39 | Vipera | 36 |
| | 40 | Natrix | 35 |


*NANTES.*


| | | | |
|---|---|---|---|
| Acipenſer | 41 | Sturio | 40 |


## *Claſſis IV.*

## P I S C E S.

*THORACICI.*


| | | | |
|---|---|---|---|
| Perca | 42 | fluviatilis | 41 |


*ABDOMINALES.*


| | | | |
|---|---|---|---|
| Eſox | 43 | Lucius | 42 |
| Cyprinus | 44 | Carpio | 43 |


## *Claſſis V.*

## I N S E C T A.

*COLEOPTERA.*


| | | | |
|---|---|---|---|
| Lucanus | 45 | Cervus | 44 |
| Meloë | 46 | veſicatorius | 45 |


*HEMIPTERA.*


| | | | |
|---|---|---|---|
| Coccus | 47 | Ilicis | 47 |
| | 48 | Cacti | 46 |


*LEPIDOPTERA.*


| | | | |
|---|---|---|---|
| Phalæna | 49 | Mori | 48 |


*HYMENOPTERA.*


| | | | |
|---|---|---|---|
| Cynips | 50 | Roſæ | 50 |
| | 51 | Quercus folii | 49 |
| Apis | 52 | mellifica | 51 |
| Formica | 53 | rufa | 52 |


*APTERA.*


| | | | |
|---|---|---|---|
| Aranea | 54 | domeſtica | 53 |
| Scorpio | 55 | europæus | 54 |
| Cancer | 56 | Pagurus | 55 |
| | 57 | Aſtacus | 56 |
| Oniſcus | 58 | Aſellus | 57 |


## *Claſſis VI.*

## V E R M E S.

*INTESTINA.*


| | | | |
|---|---|---|---|
| Lumbricus | 59 | terreſtris | 58 |
| Hirudo | 60 | medicinalis | 59 |


*MOLLVSCA.*


| | | | |
|---|---|---|---|
| Sepia | 61 | officinalis | 60 |
| Oſtrea | 62 | edulis | 63 |
| Mytilus | 63 | margaritiferus | 64 |
| Helix | 64 | Pomatia | 61 |
| Dentalium | 65 | Entalis | 62 |


*LITHOPHYTA.*


| | | | |
|---|---|---|---|
| Madrepora | 66 | oculata | 65 |


*ZOOPHYTA.*


| | | | |
|---|---|---|---|
| Iſis | 67 | nobilis | 66 |
| Corallina | 68 | officinalis | 67 |
| Spongia | 69 | officinalis | V. 527 |

# MATERIAE MEDICAE.

# REGNUM VEGETABILE.

## *Claſſis I.*

## MONANDRIA.

### *MONOGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Amomum | 70 | Zingiber | 1 |
| | 71 | Cardomomum | 2 |
| | 72 | Gr. paradiſi | 3 |
| Coſtus | 73 | arabicus | 4 |
| Maranta | 74 | Galanga | 6 |
| Curcuma | 75 | longa | 5 |
| Kæmpferia | 76 | rotunda | 7 |
| Salicornia | 77 | herbacea | 8 |

## *Claſſis II.*

## DIANDRIA.

### *MONOGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Jaſminum | 78 | officinale | 9 |
| Olea | 79 | europæa | 10 |
| Veronica | 80 | officinalis | 11 |
| | 81 | Beccabunga | 12 |
| Gratiola | 82 | officinalis | 18 |
| Verbena | 83 | officinalis | 17 |
| Monarda | 84 | fiſtuloſa | |
| Roſmarinus | 85 | officinalis | 16 |
| Salvia | 86 | officinalis | 13 |
| | 87 | Horminum | 14 |
| | 88 | Sclarea | 15 |
| Collinſonia | 89 | canadenſis | |

### *TRIGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Piper | 90 | nigrum | 19 |
| | 91 | longum | 20 |
| | 92 | caudatum | 526 |

## *Claſſis III.*

## TRIANDRIA.

### *MONOGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Valeriana | 93 | officinalis | 21 |
| | 94 | Phu | 22 |
| | 95 | celtica | 23 |
| Tamarindus | 96 | indica | 28 |
| Crocus | 97 | ſativus | 27 |
| Iris | 98 | florentina | 24 |
| | 99 | germanica | 24 |
| | 100 | Pſeudo Acorus | 25 |
| | 101 | fœtidiſſima | |
| | 102 | tuberoſa | 26 |
| Cyperus | 103 | longus | 29 |
| | 104 | rotundus | 30 |

### *DIGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Saccharum | 105 | officinale | 33 |
| Phalaris | 106 | canarienſis | 39 |
| Panicum | 107 | miliaceum | 34 |
| Avena | 108 | ſativa | 38 |
| Hordeum | 109 | vulgare | 35 |
| Triticum | 110 | hybernum | 36 |
| | 111 | repens | 37 |

## *Claſſis IV.*

## TETRANDRIA.

### *MONOGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Scabioſa | 112 | Succiſa | 41 |
| | 113 | arvenſis | 40 |
| Hedyotis | 114 | Auricularia | 47 |
| Aſperula | 115 | odorata | 45 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Galium | 116 | verum | 46 |
| Rubia | 117 | tinctorum | 44 |
| Penæa | 118 | mucronata | 48 |
| Plantago | 119 | major | 49 |
| | 120 | Pſyllium | 50 |
| Sanguiſorba | 121 | officinalis | 51 |
| Fagara | 122 | Pterota | 533 |
| Trapa | 123 | natans | 52 |
| Dorſtenia | 124 | Contrajerva | 53 |
| Santalum | 125 | album | 183 |
| Camph. | 126 | monſpeliaca | 43 |
| Alchemilla | 127 | vulgaris | 54 |

*DIGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Cuſcuta | 128 | europæa | 55 |
| | 129 | Epithymum | 55 |

*TETRAGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ilex | 130 | Caſſine | 56 |


## *Claſſis V.*

## PENTANDRIA.

*MONOGYNIA.*


| | | | |
|---|---|---|---|
| Lithoſperm. | 131 | officinale | 57 |
| Anchuſa | 132 | officinalis | 59 |
| | 133 | tinctoria | 58 |
| Cynogloſſ. | 134 | officinale | 60 |
| Pulmonaria | 135 | officinalis | 62 |
| Symphytum | 136 | officinale | 61 |
| Borago | 137 | officinalis | 63 |
| Primula | 138 | veris officinal. | 64 |
| Cyclamen | 139 | europæum | 65 |
| Menyanthes | 140 | trifoliata | 66 |
| Lyſimachia | 141 | Numularia | 67 |
| Anagallis | 142 | arvenſis | |
| Spigelia | 143 | Anthelmia | |
| Ophiorrhiza | 144 | Mungos | 79 |
| Plumbago | 145 | europæa | 75 |
| Convolvulus | 146 | Scammonia | 82 |
| Convolvulus | 147 | Turpethum | 81 |
| | 148 | Jalapa | 84 |
| | 149 | Mechoacanna | 76 |
| | 150 | Soldanella | 83 |
| Cinchona | 151 | officinalis | 71 |
| Pſychotria | 152 | emetica | 69 |
| Coffea | 153 | arabica | 70 |
| Lonicera | 154 | Periclymenum | 68 |
| | 155 | Symphoricarp. | |
| | 156 | Diervilla | |
| Coris | 157 | monſpelienſis | 80 |
| Verbaſcum | 158 | Thapſus | 90 |
| | 159 | nigrum | 91 |
| Datura | 160 | Stramonium | 85 |
| Hyoſcyamus | 161 | niger | 86 |
| Nicotiana | 162 | Tabacum | 87 |
| Atropa | 163 | Mandragora | 88 |
| | 164 | Belladonna | 89 |
| Phyſalis | 165 | Alkekengi | 93 |
| Solanum | 166 | Dulcamara | 95 |
| | 167 | nigrum | 94 |
| Capſicum | 168 | annuum | 96 |
| Strychnos | 169 | Nux vomica | 77 |
| | 170 | colubrina | 78 |
| Ignatia | 171 | amara | |
| Cordia | 172 | Myxa | 171 |
| Rhamnus | 173 | catharticus | 72 |
| | 174 | Frangula | 73 |
| | 175 | Zizyphus | 74 |
| Ceanothus | 176 | americanus | |
| Ribes | 177 | rubrum | 99 |
| | 178 | nigrum | 100 |
| Hedera | 179 | Helix | 98 |
| Vitis | 180 | vinifera | 97 |
| Lagœcia | 181 | Cuminoides | 92 |
| Allamanda | 182 | cathartica | |
| Vinca | 183 | minor | 101 |
| Nerium | 184 | antidyſenter. | 102 |
| Plumeria | 185 | alba | |

*DIGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Aſclepias | 186 | aſthmatica | |
| | 187 | Vincetoxicum | 103 |
| Herniaria | 188 | glabra | 104 |
| Chenopod. | 189 | Bonus henr. | 106 |
| | 190 | rubrum | 107 |
| | 191 | Botrys | 109 |
| | 192 | anthelminth. | |
| | 193 | Vulvaria | 108 |
| Beta | 194 | vulgaris | 113 |
| | 195 | Cicla | 113 |
| Ulmus | 196 | campeſtris | 105 |
| Gentiana | 197 | lutea | 110 |
| | 198 | Centaurium | 112 |
| | 199 | Amarella | 111 |
| Eryngium | 200 | fœtidum | |
| | 201 | campeſtre | 114 |
| Sanicula | 202 | europæa | 115 |
| Bupleurum | 203 | rotundifolium | 136 |
| Tordylium | 204 | officinale | 145 |
| Daucus | 205 | Carota | 142 |
| Conium | 206 | maculatum | |
| Athamanta | 207 | cretenſis | 143 |
| Peucedanum | 208 | officinale | 126 |
| Ferula | 209 | Aſſa foetida | 118 |
| Laſerpitium | 210 | latifolium | 123 |
| | 211 | Siler | 124 |
| Heracleum | 212 | Sphondylium | |
| Liguſticum | 213 | Leviſticum | 119 |
| Angelica | 214 | Archangelica | 120 |
| | 215 | ſylveſtris | 121 |
| Sium | 216 | Ninſi | 117 |
| Siſon | 217 | Ammi | 140 |
| Bubon | 218 | macedonic. | 133 |
| | 219 | Galbanum | 132 |
| Cuminum | 220 | Cyminum | 139 |
| Cicuta | 221 | viroſa | 129 |
| Aethuſa | 222 | Meum | 144 |
| Coriandrum | 223 | ſativum | 135 |
| Scandix | 224 | Cerefolium | 137 |
| Chæroph. | 225 | ſylveſtre | 143 |
| Imperatoria | 226 | Oſtruthium | 122 |
| Paſtinaca | 227 | ſativa | 130 |
| | 228 | Opopanax | 131 |
| Anethum | 229 | graveolens | 147 |
| | 230 | Fœniculum | 146 |
| Carum | 231 | Carvi | 138 |
| Pimpinella | 232 | Saxifraga | 125 |
| | 233 | Aniſum | 141 |
| Apium | 234 | Petroſelinum | 127 |
| | 235 | graveolens | 128 |

*TRIGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Semecarpus | 236 | Anacardium | 42 |
| Rhus | 237 | Coriaria | 150 |
| | 238 | Vernix | 151 |
| Caſſine | 239 | Peragua | 153 |
| Sambucus | 240 | Ebulus | 149 |
| | 241 | nigra | 148 |
| Tamarix | 242 | gallica | 154 |

*TETRAGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Parnaſſia | 243 | paluſtris | 155 |

*PENTAGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Statice | 244 | Limonium | 159 |
| Linum | 245 | uſitatiſſimum | 156 |
| | 246 | catharticum | 157 |
| Droſera | 247 | rotundifolia | 158 |

## *Claſſis VI.*

## HEXANDRIA.

*MONOGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Bromelia | 248 | Ananas | |
| Allium | 249 | Porrum | 165 |
| | 250 | Victorialis | 163 |
| | 251 | ſativum | 164 |
| | 252 | Cepa | 166 |



Lilium

| | | | |
|---|---|---|---|
| Lilium | 253 | candidum | 173 |
| Scilla | 254 | maritima | 162 |
| Aſphodelus | 255 | ramoſus | 172 |
| Aſparagus | 256 | officinalis | 169 |
| Convallaria | 257 | majalis | 167 |
| | 258 | Polygonatum | 168 |
| Aloë | 259 | perfoliata | 160 |
| Acorus | 260 | Calamus | 261 |
| Achras | 261 | Sapota | |
| Berberis | 262 | vulgaris | 170 |

*DIGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Oryza | 263 | ſativa | 174 |

*TRIGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Rumex | 264 | ſanguineus | 528 |
| | 265 | acutus | 176 |
| | 266 | aquaticus | 177 |
| | 267 | ſcutatus | 530 |
| | 268 | alpinus | 178 |
| | 269 | Acetoſa | 529 |
| Colchicum | 270 | auctumnale | |

*TETRAGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Petiveria | 271 | alliacea | 531 |

## *Claſſis VIII.*

## OCTANDRIA.

*MONOGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Tropæolum | 272 | majus | 181 |
| Amyris | 273 | Elemiſera | 518 |
| | 274 | Opobalſam. | 512 |
| Lawſonia | 275 | inermis | 182 |
| Vaccinium | 276 | Myrtillus | 184 |
| | 277 | Vitis idæa | 185 |
| Daphne | 278 | Mezereum | 179 |
| | 279 | Laureola | 180 |

*TRIGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Polygonum | 280 | Biſtorta | 189 |
| | 281 | Hydropiper | 187 |
| | 282 | aviculare | 186 |
| | 283 | Fagopyrum | 188 |
| Sapindus | 284 | Saponaria | 532 |

*TETRAGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Paris | 285 | quadrifolia | |

## *Claſſis IX.*

## ENNEANDRIA.

*MONOGYNIA.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Laurus | 286 | Cinnamom. | 190 |
| | 287 | Caſſia | 191 |
| | 288 | Camphora | 192 |
| | 289 | Culilaban | |
| | 290 | nobilis | 194 |
| | 291 | Saſſafras | 193 |
| | 292 | Pecurim | |
| Anacardium | 293 | occidentale | 206 |

*TRIGYNIA.*

| | | | |
Inſchi. *Rheed. mal.* 11. *p.* 21. *t.* 12. *Rumph. amb.* 5. *p.* 156. *t.* 66. *f.* 1.

LOC. India orientalis; nunc Jamaica. *Perennis, fera.*

PHARM. ZINGIBERIS COMMVNIS Radix ʒj.
ALBI Radix ʒj, *optima,*
*utraque condita cum* vel *ſine Brodio.*

QVAL. acris, aromatica, fervida, ſubfragrans. *Culinaris.*

VIS: calefaciens, (*recens* eccoprotica), ſtomachica, ſtimulans.

VSVS: Colica, Diarrhœa, Hyſteria, Tuſſis ſtomachalis.

COMP. Andromach. Mithridat. Diaſcord. Benedict. Hamech. Diaſatyrium. Alhandal. *Troch.* Agaric.

71. AMOMVM *Cardamomum* ſcapo ſimpliciſſimo breviſſimo, bracteis alternis laxis. *Fl. zeyl.* 4. *Sp. pl.* 2. [*Kœnig. monandr. n.* 9.]

Elettari 2. *Rheed. mal.* 11. *p* 9. *t.* 6. *Rumph. amb.* 5. *p.* 152. *t.* 65. *f.* 1.

LOC. Malabaria, Zeylona. *Perennis, peregrina.*

PHARM. CARDAMOMI MINORIS (*Fructus*) *non excorticatus, excorticatus.* Semina, ∴.

QVAL. acris, aromatica, fervida, fragrans. *Culinaris.*

VIS: ſtimulans, calefaciens, nervina, pellens, emmenagoga, aphrodiſiaca.

VSVS: Anorexia, Moroſis.

COMP. Andromach. Mithridat. Benedict. Diaſatyr. ▽ Theriacal.

72. AMOMVM *Gran. paradiſi* ſcapo ramoſo breviſſimo. *Sp. pl.* 2.

Grana paradiſi officinarum. *Baub. pin.* 413. *Raj. hiſt.* 1205. *Barbara.*

LOC. Madagaſcar, Guinea, Zeylona, in umbroſis uliginoſis ad radices montium. *Perennis, peregrina.*

PHARM. PARADISI GRANA (Semina).

QVAL. præcedentis 71, ſed acerrima. *Rarior.*

VIS; ſtimulans, calefaciens.

VSVS: Paralyſis.

COMP.

## COSTVS.

73. COSTVS *arabicus. Hort. cliff.* 2. *Fl. zeyl.* 5. *Hort. upſal.* 2. *Merian. ſur.* 36. *t.* 36. *Sp. pl.* 2. [*Aublet. guian.* 2.]

Tſiana-kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 15. *t.* 8.

LOC. Malabaria, Zeylona, Braſilia, Surinamum. *Perennis, fera.*

PHARM. COSTI DVLCIS Radix ℥ß.
ARABICI Radix ℥ß.

QVAL. amaricans, aromatica, calida, fragrans. *Rarior.*

VIS: ſtimulans, calefaciens, diaphoretica, emmenagoga, urinaria urina violacea odora.

VSVS:

COMP. Andromach. Mithridat. Philon. Orvietan.

74. MA-

72. GRAN. PARADISI Sem. alii AMOMI, alii MYRTI ſpeciem ſtatuunt.

73. COSTVM DVLCEM et ARABICVM ex eadem planta deſumi plurimi ſtatuunt, eamque plantam officinalem cum noſtra eandem eſſe veroſimile eſt.

## MARANTA.

74. MARANTA *Galanga* culmo ſimplici. *Sp. pl.* 2.
Galanga major et minor. *Rumph. amb.* 5. *p.* 142. *t.* 63.
LOC. India Orientalis, Philippinæ. *Perennis, fera.*
PHARM. GALANGAE MAJORIS Radix (*ingratior, intus pallida*).
MINORIS Radix (*fortior, intus rufa*).
QVAL. acris, aromatica, amaricans, pungens *magis Zingibere*, fragrans. *Præſtans.*
VIS: calefaciens, ſtimulans, ſtomachica, emmenagoga, *rec.* ſternutatoria.
VSVS: Singultus! Vertigo! Vomitus navigantium, Colica lochialis! Herpes.
COMP. Orvietanum, Aqua vitæ *Matth.* Pulvis naſalis.

## CVRCVMA.

75. CVRCVMA *longa* foliis lanceolatis: nervis lateralibus numeroſiſſimis. *Roy. lugdb.* 12. *Fl. zeyl.* 7. *Sp. pl.* 3.
Amomum Curcuma. *Jacq. hort.* 3. *t.* 4.
Manjella-kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 21. *t.* 11. *Rumph. amb.* 5. *t.* 67.
LOC. Amboina, Malabaria, Zeylona. *Perennis, peregr.*
PHARM. CVRCVMAE Radix ℥j.
QVAL. amara, ſubaromatica, cibaria *Indis.* *Rarior.*
VIS: reſolvens, pellens, emmenagoga, urinaria luteo-tinctoria.
VSVS: Icterus! Cachexia, Hydrops, Scabies!
COMP.

## KAEMPFERIA.

76. KAEMPFERIA *rotunda* foliis lanceolatis petiolatis. *Fl. zeyl.* 9. *Sp. pl.* 3.

[Amomum ſcapo nudo, ſpica laxa truncata. *Berg. mat. med.* 4.]

Malan-kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 17. *t.* 9.

LOC. Zeylona, Malabaria. *Perennis*, *peregrina.*

PHARM. ZEDOARIAE LONGAE Radix, *Eſſentia*, ▽, ⊓, °°°, Semina.

QVAL. ſubacris, aromatica, debile fragrans. *Frequens*, *præſtans.*

VIS: ſtimulans, calefaciens, nervina, ſtomachica, ſudorifera, emmenagoga, anthelminthica.

VSVS: Hyſteria, Aſthma, Nauſea! Vermes!

COMP. Philonium. Acet. Theriacale. ▽ Prophylactica. Aqua vitæ.

## SALICORNIA.

77. SALICORNIA *herbacea* patula, articulis apice compreſſis emarginato-bifidis. *Fl. ſuec.* 1. *Sp. pl* 5. *Baſter. ſubſec.* 2. *p.* 105. *t.* 50. *Fl. dan.* 303. *Pall. it.* 1. *p.* 479. *tab. A. f.* 1.

Kali geniculatum majus 1. *Bauh. pin.* 289.

LOC. Europa. *Annua*, *maritima*, *manſueta.*

PHARM. SODA, ⊖.

QVAL. ſalſa. *Culinaris*, *rarior.*

VIS: ſtimulans, diuretica, emmenagoga. (*Sal alcali fixum* corroſivum).

VSVS: Scabies, Abſceſſus, Scorbutus, Hyperſarcoſis.

COMP. Sapo venetus, Sal Seignette, Fel vitri.

CLAS-

76. Ex hac planta ZEDOARIAE ROTVNDAE rad. itidem colligi vulgo ſtatuitur. Sed hæc in noſtris officinis non proſtat.

77. SODAM e variis plantis maritimis ſalſisque conficiunt varii; uti ex *Meſembryanthemo* Aegyptii; *Chenopodio* Hiſpani, *Salſola* Angli; *Salicornia fruticoſa* Itali etc. quæ eundem fere uſum præſtant. Noſtratibus nulla aptior in hunc uſum planta, quam dicta.

CLASSIS II.

# DIANDRIA.

## *MONOGYNIA.*

### JASMINVM.

78. JASMINVM *officinale* foliis oppoſitis pinnatis: foliolis diſtinctis. *Hort. cliff.* 5. *Hort. upſ.* 5. *Sp. pl.* 9.

Jasminum vulgatius flore albo. *Bauh. pin.* 397.

LOC. India orientalis. *Arbuſcula, manſueta.*

PHARM. JASMINI (*Florum*) ◎.

QVAL. fragrans. *Externa.*

VIS: narcotica, anodyna, uterina.

VSVS: Dyſtocia.

COMP. Pulvis Cyprius, Odoramenta.

### OLEA.

79. OLEA *europæa* foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 4. *Sp. pl.* 11.

Olea ſativa. *Bauh. pin.* 472.

LOC. Hiſpania, Gallia, Italia (cœlo temperato). *Arbor, manſueta, ſterilis.*

PHARM. OLIVAE (*Fructus*) conditæ, ◯.

QVAL. ◯ pingue, blandum, inſipidum, inodorum; *Condit.* auſteræ. *Culinaris.*

VIS: ◯ obtundens, emolliens, leniens, relaxans. *Condit.* tonica, ſtomachica.

VSVS: Venena! [Pleuritis, Nephritis, Enteritis,] Dyſenteria, Teneſmus, Colica, Rheumatiſmus, Tuſſis, Morſura canis rabidi.

COMP.



78. Hi flores ſuccedanei ſunt NYCTANTHIS, cumque nec JASMINI flores ex hortis noſtris ſufficiant, ab auſtraliori Europa petuntur: et ubi hi deficiunt, PHILADELPHI flores ſumantur.

## VERONICA.

80. VERONICA *officinalis* ſpicis lateralibus pedunculatis, foliis oppoſitis, caule procumbente. *Fl. ſuec.* 12. *Sp. pl.* 14. *Fl. dan. t.* 248.

Veronica mas ſupina et vulgatiſſima. *Baub. pin.* 252.

LOC. Europæ ſylvæ aridæ. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. VERONICAE Herba; *Conſerva, Syrupus,* ▽.

QVAL. ſubſtyptica. *Trita.*

VIS: ſubadſtringens, vulneraria, tonica, pectoralis.

VSVS: Cachexia, Aſthma, Tuſſis.

COMP.

81. VERONICA *Beccabunga* racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente. *Fl. ſuec.* 14. *Sp. pl.* 16. *Fl. dan. t.* 511.

Anagallis aquatica major (et minor), folio ſubrotundo. *Baub. pin.* 252.

LOC. Europæ ſcaturigines. *Perennis, frequens.*

PHARM. BECCABVNGAE Herba, *Conſerva, Aqua.*

QVAL. ſubinſipida, inodora, oleracea. *Rarior, ſuperflua.*

VIS: diuretica? diſcutiens?

VSVS: Scorbutus.

COMP.

## GRATIOLA.

82. GRATIOLA *officinalis* floribus pedunculatis, foliis lanceolatis ſerratis. *Sp. pl.* 24. *Fl. dan. t.* 363.

Gratiola centauroides. *Baub. pin.* 279.

LOC. Europa auſtralior. *Perennis, paluſtris, manſueta.*

PHARM. GRATIOLAE Herba ʒj.

QVAL. amara, nauſeoſa. *Eximia, cauta.*

VIS: purgans, vomitoria, emmenagoga, anthelminthica.

VSVS: Dyſenteria, Hydrops.

COMP. Enemata.

VER-

## VERBENA.

83. VERBENA *officinalis* tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule ſolitario. *Hort. cliff.* 11. *Fl. ſuec.* 30. *Sp. pl.* 29. *Fl. dan. t.* 628.

Verbena communis flore cæruleo. *Bauh. pin.* 269.

LOC. Europa auſtralior, Scania. *Annua, cicur.*

PHARM. VERBENAE Herba, ▽.

QVAL. ſubinſipida, inodora. *Dubia, exoleta.*

VIS: adſtringens, vulneraria.

VSVS: Ophthalmia? Magia?

COMP.

## MONARDA.

84. MONARDA *fiſtuloſa* capitulis terminalibus, caule obtuſangulo. *Sp. pl.* 32.

Monarda mollis. *Amoen. acad.* 3. *p.* 399.

LOC. Canada. *Perennis, cicur.*

PHARM. MONARDAE Herba.

QVAL. ſpirans, amara. *Inuſitata, eximia.*

VIS: reſolvens, nervina, tonica.

VSVS: Febres intermittentes!

COMP.

## ROSMARINVS.

85. ROSMARINVS *officinalis. Hort. cliff.* 14. *Hort. upſ.* 11. *Sp. pl.* 33.

Roſmarinus hortenſis anguſtiore, et ſpontaneus latiore folio. *Bauh. pin.* 217.

LOC. Gallia narbonenſis, Hiſpania. *Frutex, manſuetus.*

PHARM. RORIS MARINI HISPANICI ſ. HORTENSIS Herba, ▽, ☉, Semina.

ANTHOS Flores, *Conſerva*, ⎍ (*aqua Reg. Hung.*)

QVAL. ſpirans, calida. *Vſitata, heroica.*

VIS: excitans, nervina, tonica, cephalica, ſtomachica, reſolvens, emmenagoga.

VSVS: Syncope, Aſthma, Hyſteria, Chloroſis, Apoplexia, Tertiana.

COMP. Mel anthoſatum,

## SALVIA.

86. SALVIA *officinalis* foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus ſpicatis, calycibus acutis. *Hort. cliff.* 12. *Hort. upſ.* 10. *Sp. pl.* 34.

Salvia major. *Baub. pin.* 237.

LOC. Italia, Narbona. *Perennis, olitoria, cicur.*

PHARM. SALVIAE Herba, ▽, ⎍, ∴, Fl. Sem.

QVAL. ſpirans, amaricans. *Frequens, præſtans.*

VIS: adſtringens, tonica, nervina, ſtomachica, uterina.

VSVS: Timor, Languor, Leucorrhœa, Senectus.

COMP. ♁ ſternutatorius viridis.

87. SALVIA *Horminum* foliis obtuſis crenatis, bracteis ſummis ſterilibus majoribus coloratis. *Virid. cliff.* 4. *Sp. pl.* 34.

Horminum ſativum. *Baub. pin.* 238.

LOC. Apulia, Græcia. *Perennis, cicur.*

PHARM. HORMINI Semina.

QVAL. ſpirans, amaricans, mucilaginoſa.

VIS: inviſcans.

VSVS: Ophthalmia.

COMP.

88. SALVIA *Sclarea* foliis rugoſis cordatis oblongis villoſis ſerratis: bracteis coloratis calyce longioribus concavis acuminatis. *Hort. upſ.* 10.

Horminum ſclarea dictum. *Baub. pin.* 208.

LOC. Syria, Italia. *Biennis, olitoria, manſueta.*

PHARM.

PHARM. SCLAREAE (GALLITRICHI) Herba.
QVAL. ſpirans. *Rarior.*
VIS: fortior Salvia officinali, ſtimulans, exhilarans, ſternutatoria, reſolvens.
VSVS: Leucorrhœa, Hyſteria, Colica.
COMP.

## COLLINSONIA.

89. COLLINSONIA *canadenſis. Hort. cliff.* 14. *t.* 5. *Sp. pl.* 39. *Schœpf. mat. med.* 7.
LOC. Virginia, Canada. *Perennis, manſueta.*
PHARM. COLLINSONIAE Radix.
QVAL. nidoroſa.
VIS:
VSVS: Colica lochialis.
COMP.

# *TRIGYNIA.*

## PIPER.

90. PIPER *nigrum* foliis ovatis ſubſeptinerviis glabris, petiolis ſimpliciſſimis. *Fl. zeyl.* 26. *Sp. pl.* 40.
Malago-Codi. *Rheed. mal.* 7. *p.* 23. *t.* 12.
LOC. India orientalis. *Frutex, peregrinus.*
PHARM: PIPERIS NIGRI Fructus, °°°, ◎.
ALBI Fructus.
QVAL. acris, aromatica, fervida. *Culinaris.*
VIS: calefaciens, ſtimulans, ſtomachica, ſingultuoſa, ſternutatoria, aphrodiſiaca, exanthematica.
VSVS: Tertiana, Odontalgia, Prolapſus uvulæ, Pediculi.
COMP. Andromach. Mithridat. Diaphœnic. *El.* bacc. lauri.

91. PIPER *longum* foliis cordatis petiolatis ſeſſilibusque. *Fl. zeyl.* 30. *Sp. pl.* 41.
Cattu-Tirpali. *Rheed. mal.* 7. *p.* 27. *t.* 14.
LOC. India orientalis. *Frutex, peregrinus.*
PHARM. PIPERIS LONGI Fructus.
QVAL. acris, aromatica, fervida.
VIS: calefaciens, ſtimulans, ſtomachica, ſingultuoſa.
VSVS: Tertiana, Flatulentia.
COMP.

92. PIPER *Cubeba* foliis oblique ovatis oblongisve venoſis acutis, ſpica ſolitaria pedunculata oppoſitifolia, fructibus pedicellatis. *Suppl. pl.* 90. *Syſt. veg.* 14. *p.* 74.
Cubebe vulgaris. *Bauh. pin.* 412. *Barbara.*
LOC. Java.
PHARM. CVBEBAE Fructus, ∴.
QVAL. acris, aromatica, fervida.
VIS: ſtimulans, calefaciens, carminativa, ſialagoga.
VSVS: Vertigo, Moroſis.
COMP.

## CLASSIS III.

# TRIANDRIA.

## *MONOGYNIA.*

### VALERIANA.

93. VALERIANA *officinalis* floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. *Fl. ſuec.* 34. *Sp. pl.* 45. *Fl. dan. t.* 570.

Valeriana ſylveſtris major. *Bauh. pin.* 164.

LOC. Europæ prata paludoſa. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. VALERIANAE SYLVESTRIS (MINORIS) Radix ℥ij.

QVAL. hircoſo-felina, amaricans. *Præſtans.*

VIS: narcotica, antiſpasmodica, ſudorifera, diuretica, purgans, [emmenagoga, anthelminthica.]

VSVS: Epilepſia, Convulſiones, Hyſteria, [Hemicrania, Viſus hebetudo,] Hæmoptyſis, Vlcus.

COMP.

94. VALERIANA *Phu* floribus triandris, foliis caulinis pinnatis, radicalibus indiviſis. *Hort. upſ.* 13. *Sp. pl.* 45.

Valeriana hortenſis. *Bauh. pin.* 164.

LOC. Alſatia, [Ruſſia.] *Perennis, cicur.*

PHARM. PHV (VALERIANAE MAJORIS) Radix, Herba.

QVAL. antecedentis. *Exoleta.*

VIS: antecedentis, vulneraria.

VSVS: antecedentis.

COMP. Andromach. Mithridatium.

95. VALERIANA *celtica* floribus triandris, foliis ovato-oblongis obtuſis integerrimis. *Sp. pl.* 46.

Nardus celtica dioſcoridis. *Bauh. pin.* 165.

LOC. Helvetiæ, Carinthiæ, Styriæ, Liguriæ, Genuæ Alpes. *Perennis*, *peregrina*.

PHARM. SPICAE CELTICAE Radix, Flores.

QVAL. fragrans, acris, aromatica (plantæ fere emarcidæ). *Rarior*.

VIS: antiſpasmodica, diuretica, anthelminthica.

VSVS:

COMP. Andromach. Mithridat. *Empl.* Meliloti.

## TAMARINDVS.

96. TAMARINDVS *indica*. *Rumph. amb.* 2. *p* 90. *t.* 23. *Hort. cliff.* 18. *Sp. pl.* 48. *Jacq. amer.* 10.

Balam-pulli. *Rheed. mal* 1. *p.* 39. *t.* 23.

LOC. India utraque, Aegyptus, Arabia. *Arbor*, *fera*.

PHARM. TAMARINDI Fructus, Pulpa ℥ij.

QVAL. acida, ſubnauſeoſa. *Eximia*.

VIS: eccoprotica, refrigerans.

VSVS: Febres phlogiſticæ, putridæ, [Diarrhœa, Dyſenteria, Icterus.]

COMP. *Elect.* cathol. *Elect.* lenitiv: *Conf.* hamech.

## CROCVS.

97. CROCVS *ſativus*: *officinalis* ſpatha univalvi radicali, corollæ tubo longiſſimo. *Sp. pl.* 50.

Crocus ſativus. *Bauh. pin.* 65. Crocus alpinus autumnalis. *C. B.*

LOC. Helvetiæ, Pyrenæorum, Luſitaniæ, Thraciæ Alpes. *Perennis*, *cicur*.

PHARM. CROCI ORIENTALIS (Stigma) ℈iß.
BRITANNICI (Stigma) pulvis ʒß,
*Tinct.* ℈jß, *Extractum* gr. XV.

QVAL. fragrans, ſubaromatica, luteo-tinctoria. *Culinaris*, *heroica*.

VIS: anodyna, antiſpasmodica, hypnotica, exhilarans, reſolvens, uterina, pellens, emmenagoga, exanthematica, urinaria, lactaria.

VSVS:

VSVS: Colica lochialis, Vomitus, Tuſſis, Dyſenteria, Dyſuria, Dysmenorrhœa. Dyslochia, Aſthma, Icterus, Contuſura, Ophthalmia.

COMP. Andromach. Mithridat. Philon. Benedict. Orvietan. Hiera. *Confect.* hyacinth; ♁ Comitiſſ. *Troch.* Carabe; Laudan; *Elix.* propriet; *Pil.* ammon; *Pil.* ruffi: *Pil.* cynogloſſ; ◎ Scorp. mag. *Vng.* aureum. *Empl.* Oxycroc. *Empl.* melilot. *Empl.* galban. *Empl.* diachyl. *compoſ.*

## IRIS.

98. IRIS *florentina* corollis barbatis, caule foliis altiore ſubbifloro, floribus ſeſſilibus. *Sp. pl.* 55. *Mill. ic.* 154. [*Thunb. diſſ* 4. 9.]

Iris alba florentina. *Baub. pin.* 31.

LOC. Italia. *Perennis, manſueta.*

PHARM. IREOS FLORENTINAE Radix.

QVAL. fragrans, acriuſcula, amaricans. *Frequens.*

VIS: incidens, expectorans, errhina, eccoprotica.

VSVS: Tuſſis, Hydrops. [Tormina infant.]

COMP. Andromach. *Species* DiaIreos. *Troch.* becchici. ♁ ſternutorius. *Vngu.* pomatum.

99. IRIS *germanica* corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, floribus inferioribus pedunculatis. *Hort. cliff.* 18. *Hort. upſ.* 16. *Sp. pl.* 55. [*Thunb. diſſ* 4. 11.]

Iris vulgaris germanica ſ. ſylveſtris. *Baub. pin.* 30.

LOC. Germaniæ, Galliæ clivoſa. *Cicur.*

PHARM. IREOS NOSTRATIS Radix, *Fæculæ.*

QVAL. acris. *Heroica.*

VIS: diuretica! hydragoga, ſubemetica, emmenagoga, errhina.

VSVS: Hydrops! Oedema.

COMP.

100. IRIS *Pſeudo-Acorus* corollis inberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus, foliis enſiformibus. *Fl. ſuec.* 37. *Sp. pl.* 57. *Fl. dan.* 494.

Acorus adulterinus. *Bauh. pin.* 34.

LOC. Europæ paludes. *Perennis, vulgatiſſima.*

PHARM. ACORI PALVSTRIS Radix.

QVAL. inſipida, ſubſtyptica. *Rarior.*

VIS: adſtringens.

VSVS: Stomacace.

COMP. *Elect.* Diacori.

101. IRIS *foetidiſſima* corollis imberbibus: petalis interioribus patentiſſimis, caule uniangulato, foliis enſiformibus. *Sp. pl.* 57. *Hudſ. angl.* 14.

Gladiolus fœtidus. *Bauh. pin.* 30.

LOC. Gallia, Anglia, Italia. *Perennis.*

PHARM. XYRIDIS ſ. SPATHVLAE FOETIDAE Radix.

QVAL. tetra, fœtida, acris. *Exoleta.*

VIS: narcotica, antiſpasmodica, purgans, pellens.

VSVS: Hyſteria, Scrophula.

COMP.

102. IRIS *tuberoſa* corollis imberbibus, foliis tetragonis. *Vir. cliff.* 6? *Sp. pl.* 58.

Colchicum radice ſiccata alba. *Bauh. pin.* 69.

LOC. Syria, Arabia. *Perennis, manſueta.*

PHARM. HERMODACTYLI Radix ℥ij.

QVAL. inodora, dulceſcens, acris. *Dubia.*

VIS: purgans, mundificans.

VSVS: Rheumatismus, Amauroſis.

COMP. Benedict. ♁ Artheticus, *Extr.* panchymagog.

CYPE-

120. Rad. HERMODACTYLI. Magnus olim Botanicus *Tournefort*, qui plagas orientales ipſemet peragravit, hujus matrem eſſe *Iridem tuberoſam*; ſed recentiores, ut *Millerus* et alii, volunt eſſe *Colchicum illyricum*, idem confirmante *Forsſkohlio*. [Conf. *Spielm. mat. med. p.* 635.]

## CYPERVS.

103. CYPERVS *longus* culmo triquetro folioſo, umbella folioſa ſupradecompoſita, pedunculis nudis, ſpicis alternis. *Roy. lugdb.* 50. *Sp. pl.* 67.

Cyperus odoratus, radice longa ſ. Cyperus officinarum. *Bauh. pin.* 14. *Scheuch. hiſt.* 378. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 237. *ſ.* 8. *t.* 12. *f.* 13.

LOC. Galliæ, Italiæ paludes. *Perennis, manſueta.*

PHARM. CYPERI LONGI Radix.

QVAL. fragrans, amaricans, calida. *Exoleta.*

VIS: diuretica, emmenagoga.

VSVS: Vlcera uteri, veſicæ, oris.

COMP.

104. CYPERVS *rotundus* culmo triquetro ſubnudo, umbella decompoſita, ſpicis alternis linearibus. *Fl. zeyl.* 36. *Sp. pl.* 67.

Cyperus orientalis major. *Bauh. pin.* 13. *theatr.* 208. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 236. *t.* 11. *f.* 2.

LOC. Aegyptus, Syria. *Perennis, peregrina.*

PHARM. CYPERI ROTVNDI Radix.

QVAL. fragrans, amaricans, calida. *Exoleta, ſuperflua.*

VIS: antecedentis, debilior.

VSVS:

COMP. *Troch.* capparidis; *Empl.* meliloti.

# *DIGYNIA.*

## SACCHARVM.

105. SACCHARVM *officinarum* floribus paniculatis, foliis planis. *Hort. cliff.* 26. *Hort. upſ.* 19. *Sp. pl.* 79.

Arundo ſaccharifera. *Bauh. pin.* 18. *Sloan. jam.* 1. *p.* 108. *t.* 66. *Rumph. amb.* 5. *p.* 186. *t.* 74. *f.* 1.

LOC.

104. CYPERVS *rotundus* ſi idem cum Cypero orientali, radice olivari, ſpicis longis e ſpadiceo purpuraſcentibus. *Scheuch. gram.* 391. tum certe ſynonymos eſt Cyperus. *Fl. zeyl.* 36.

LOC. Indiæ utriusque inundata. *Perennis, fera.*
PHARM. SACCHARVM *Canarienſe, candidum, album, rubrum, Farinaceum, album, griſeum, Penidium, Perlatum, Rubrum. Syrupus.*
QVAL. dulciſſima, inodora, mitiſſima. *Culinaris, uſitatiſſima.*
VIS: edulcorans, relaxans, calefaciens, expectorans, vulneraria, antiſeptica, nutriens.
VSVS: [Raucedo, Tuſſis, Pannus.]
COMP. *Omnes* Confectiones, Condita, Conſervæ, Syrupi.

## PHALARIS.

106. PHALARIS *canarienſis* panicula ſubovata ſpiciformi, glumis carinatis. *Hort. upſ.* 19. *Sp. pl.* 79. *Schreb. gram.* 1. *p.* 83. *t.* 10. *f.* 2.
Phalaris major, ſemine albo. *Bauh. pin.* 28. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 186. *ſ.* 8. *t.* 3. *f.* 1.
LOC. Canariæ, Hetruria, Hiſpania. *Annua, cicur.*
PHARM. CANARIENSE Semen.
QVAL. farinacea. *Superflua.*
VIS: nutriens.
VSVS: Aviculis.
COMP.

## PANICVM.

107. PANICVM *miliaceum* panicula laxa flaccida, foliorum vaginis hirtis, glumis mucronatis nervoſis. *Hort. cliff.* 27. *Hort. upſ.* 20. *Sp. pl.* 86.
Milium ſemine luteo et albo. *Bauh. pin.* 26. *theatr.* 502.
LOC. India. *Annuum, cicur.*
PHARM. MILII Semina.
QVAL. farinacea, inſipida. *Culinaris, ſuperflua.*
VIS: nutriens, flatulenta.
VSVS:
COMP.

AVE-

## AVENA.

108. AVENA *ſativa* paniculata, calycibus diſpermis, ſeminibus lævibus. *Hort. cliff.* 25. *Hort. upſ.* 20. *Sp. pl.* 118.

Avena nigra et alba. *Baub. pin.* 23. *theatr.* 469.

LOC. Aſia. *Annua, cerealis, frequentiſſima.*

PHARM. AVENA excorticata.

QVAL. farinacea, inſipida. *Vſitatiſſima.*

VIS: refrigerans magis quam Hordeum.

VSVS: Febres.

COMP.

## HORDEVM.

109. HORDEVM *diſtichum* floſculis lateralibus maſculis muticis, ſeminibus angularibus imbricatis. *Hort. upſ.* 23. *Sp. pl.* 125.

Hordeum diſtichum. *Baub. pin.* 23. *theatr.* 440.

LOC. *Annuum, cereale, vulgare.*

PHARM. HORDEVM mundatum, excorticatum, perlatum. *Acetum vulgare*, ⎍, (deſtillatum). Cereviſia *antiqua*, *gedanenſis* (Pryſſing.)

QVAL. farinacea, inſipida. *Culinaris.*

VIS: nutriens, refrigerans. *Aceti* reſolvens, refrigerantiſſima.

VSVS: + Inflammatio, *Cereviſ.* Contuſura.

COMP. *Loboc* hordeatum. *Syrupus* acetoſus.

## TRITICVM.

110. TRITICVM *hybernum* calycibus quadrifloris ventricoſis lævibus imbricatis ſubmuticis. *Hort. upſ.* 21. *Sp. pl.* 126.

Triticum hybernum, ariſtis carens. *Baub. pin.* 21. *theatr.* 352.

LOC. *Annuum, cereale, frequentiſſimum.*

PHARM. AMYLVM, *Pulvis Cyprius.*
QVAL. farinacea, inſipida.
VIS: nutriens, aceſcens, mucilaginoſa.
VSVS: externus.
COMP.

III. TRITICVM *repens* radice repente, foliis planis. *Fl. ſuec.* 114. *Sp. pl.* 128. *Schreb. gram.* 2. *p.* 24. *t.* 26. *Fl. dan. t.* 748.
Gramen caninum repens vulgatius. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 118. *ſ.* 8. *t.* 1. *f.* 8.
LOC. Europæ noſtræ ruderata. *Perenne, vulgatiſſimum.*
PHARM. GRAMINIS Radix, ▽.
QVAL. dulceſcens, inodora. *Vſitata.*
VIS: nutriens, aperiens, diuretica, mundificans, anthelminthica.
VSVS: Sterilitas, Obſtructio viſcerum.
COMP. Radices aperientes minores.

CLAS-

III. *Radix* GRAMINIS apud nos ubique deſumitur a *Tritico repente;* at in Italia ex *Panico dactylo*, teſte *Seguierio.*

## CLASSIS IV.

# TETRANDRIA.

## *MONOGYNIA.*

### SCABIOSA.

112. SCABIOSA *Succiſa* corollulis quadrifidis æqualibus, caule ſimplici, ramis approximatis, foliis lanceolato - ovatis. *Fl. ſuec.* 119. *Sp. pl.* 142. *Fl. dan. t.* 279.
Succiſa glabra. *Bauh. pin* 269.
LOC. Europæ prata humidiuſcula. *Perennis, vulgatiſſ.*
PHARM. MORSVS DIABOLI Radix, Herba.
QVAL. *rad.* dulcis, ſubamara. *Rarior, ſuperflua.*
VIS: ſubadſtringens.
VSVS: Angina.
COMP.

113. SCABIOSA *arvenſis* corollulis quadrifidis radiantibus, foliis pinnatifidis inciſis, caule hiſpido. *Fl. ſuec.* 117. *Sp. pl.* 145. *Fl. dan. t.* 447.
Scabioſa pratenſis hirſuta. *Bauh. pin.* 269.
LOC. Europæ prata, agri. *Perennis, vulgaris.*
PHARM. SCABIOSAE Radix, Herba, ▽, *Syrup.* Fl.
QVAL. debilis. *Vſitata.*
VIS: *rad.* diluens, alexiteria, becchica, exanthematica.
VSVS: Scabies?
COMP.

### HEDYOTIS.

114. HEDYOTIS *Auricularia* foliis lanceolato - ovatis, floribus verticillatis. *Fl. zeyl.* 64. * *Sp. pl* 147.

 Vale-

114. *Auricularia* hæc, quæ a *Daleo pharm.* 160. tamquam ſpecificum extollitur in ſurditate, nondum introducta eſt in officinas pharmaceuticas, cum ignorarint pharmacopœi plantam, quam *Marlovius* adhibere ſolitus erat.

Valerianella paluſtris, foliis nervoſis oblongis, *Burm. zeyl.* 227. *t.* 108. *f.* 1.

LOC. Zeylona. *Frutex, peregrinus.*

PHARM. AVRICVLARIAE Herba.

QVAL. fragrans. *Ignota.*

VIS:

VSVS: Cophoſis.

COMP.

## ASPERVLA.

115. ASPERVLA *odorata* foliis octonis lanceolatis, florum faſciculis pedunculatis. *Fl. ſuec.* 121. *Sp. pl.* 150. *Fl. dan. t.* 562.

Aſperula ſ. Rubeola montana odorata. *Bauh. pin.* 334.

LOC. Europæ ſylvæ umbroſæ. *Perennis, frequens.*

PHARM. MATRISYLVAE Herba.

QVAL. ambroſiaca. *Rarior.*

VIS: diluens, diuretica, exanthematica.

VSVS: Exanthemata, Scabies, Icterus.

COMP.

## GALIVM.

116. GALIVM *verum* foliis octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis brevibus. *Flor. ſuec.* 123. *Sp. pl.* 155.

Gallium luteum. *Bauh. pin.* 335.

LOC. Europæ prata. *Perennis, vulgatiſſima.*

PHARM. GALLII LVTEI Herba (Coma *potius*).

QVAL. fragrans. *Rarior.*

VIS: coagulans lac.

VSVS: Hyſteria *Juſſ.* Epilepſia, Hæmaturia.

COMP.

## RVBIA.

117. RVBIA *tinctorum* foliis annuis, caule aculeato. *Hort. cliff.* 35. *Hort. upſ.* 23. *Sp. pl.* 158. *Mant.* 330.

Rubia tinctorum ſativa. *Bauh. pin.* 33.

LOC.

LOC. Monſpelii, Danubii prata. *Perennis, manſueta.*
PHARM. RVBIAE TINCTORVM Radix, *Tinctura.*
QVAL. ſtyptica, rubra. *Rarior.*
VIS: adſtringens, pellens, diuretica, tinctoria, urinam et oſſa tingens.
VSVS: Contuſura, [Rachitis.]
COMP. *Radices* V aperientes minores, *Vngu.* potabile.

## PENAEA.

118. PENAEA *mucronata* foliis cordatis acuminatis. *Sp. pl.* 162.
Tithymali myrſinitis ſpecie arbuſcula æthiopica, folio parvo e lata baſi in acutiſſimum mucronem ſubito deſinente. *Pluk. mant.* 183.
LOC. Aethiopia. *Frutex, peregrinus.*
PHARM. SARCOCOLLAE Gummi.
QVAL. Gummi-reſina, rufeſcens, friabilis, ſubdulcis, amaricans, acris, inodora. *Rarior.*
VIS: vulneraria, purgans, noxia.
VSVS: Vulnera, Ophthalmia.
COMP. *Empl.* Opodeltoch.

## PLANTAGO.

119. PLANTAGO *major* foliis ovatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. *Hort. cliff.* 36. *Fl. ſuec.* 129. *Sp. pl.* 163. *Fl. dan. t.* 461.
Plantago latifolia major. *Bauh. pin.* 189.
LOC. Europa. *Perennis, vulgatiſſima.*
PHARM. PLANTAGINIS LATIFOLIAE Radix, Herba, ▽, Semina.
QVAL. inſipida, herbacea, ſubſtyptica. *Rarior.*
VIS: adſtringens, vulneraria.
VSVS: Vlcera, Diarrhœa, [Tertiana.]
COMP. Gargariſmata.



119. [PLANTAGO *major*, *media* et *lanceolata* ſibi invicem absque diſcrimine ſubſtitui poſſunt. *Ph. pariſ.* 94.]

120. PLANTAGO *Pſyllium* caule ramoſo herbaceo, foliis ſubdentatis recurvatis, capitulis aphyllis. *Hort. upſ.* 28. *Sp. pl.* 167.

Pſyllium majus erectum. *Bauh. pin.* 191.

LOC. Europæ auſtralis agri arenoſi. *Annua, cicur.*

PHARM. PSYLLII Semina, *Mucilago.*

QVAL. mucilaginoſa. *Rarior.*

VIS: inviſcans, lubricans, refrigerans, conſolidans, emolliens?

VSVS: Ophthalmia, Dyſenteria, Raucitas.

COMP. Gargariſmata, Clyſmata.

## SANGVISORBA.

121. SANGVISORBA *officinalis* ſpicis ovatis. *Hort. cliff.* 39. *Fl. ſuec.* 37. *Sp. pl.* 169. *Fl. dan. t.* 97.

Pimpinella ſanguiſorba major. *Bauh. pin.* 160.

LOC. Europæ auſtralioris, prata. *Perennis, cicur.*

PHARM. PIMPINELLAE ITALICAE Radix, (*non Herba, non Semina).*

QVAL. ſtyptica. *Exoleta, ſuperflua.*

VIS: adſtringens, tonica.

VSVS: Hæmorrhagia, Dyſenteria, Hydrophobia *Palmar.*

COMP.

## FAGARA.

122. FAGARA *Pterota* foliolis emarginatis. *Sp. pl.* 172.

Lauro adfinis, jaſmini folio alato, ligni duritie ferro vix cedens. *Sloan. hiſt.* 2. *t.* 162. *f.* 1.

LOC. Philippinarum, Iamaicæ campeſtria. *Arbor, peregrina.*

PHARM. FAGARAE Baccæ.

QVAL. acriuſcula, aromatica, bifida, cava. *Exoleta, ſuperflua.*

VIS:

120. [PSYLLII *ſem.* e *Plantag. Cynope* colligenda eſſe *Berg.*]

VIS: calefaciens, exſiccans, ſtomachica.
VSVS: Anorexia.
COMP. Compoſitiones Arabum.

## TRAPA.

123. TRAPA *natans*. *Fl. ſuec.* 140. *Sp. pl.* 175.
Tribulus aquaticus. *Baub. pin.* 194. *Cam. epit.* 715.
LOC. Europæ auſtralis aquæ limoſæ. *Infrequens.*
PHARM. AQVATICAE NVCIS (Fructus).
QVAL. dulcis, farinoſa. *Exoleta, ſuperſlua.*
VIS: nutriens, adſtringens, obſtipans.
VSVS: Pleuritis.
COMP. *Vngu.* agripp.

## DORSTENIA.

124. DORSTENIA *Contrajerva* ſcapis radicatis, foliis pinnatifido-palmatis ſerratis, receptaculis quadrangulis. *Sp. pl.* 176.
Drakena radix. *Cluſ. exot.* 83.
LOC. Peru, Mexico, Vera crux, Inſ. Vincentii. *Perennis, peregrina.*
PHARM. CONTRAJERVAE Radix.
QVAL. aromatica, ſubfragrans, amaricans. *Vſitata, præſtans.*
VIS: adſtringens, ſtomachica, alexiteria, ſudorifera.
VSVS: Febres omnes, Exanthemata, Dyſenteria.
COMP. ♄ Comitiſſæ.

## SANTALVM.

125. SANTALVM *album*. *Sp. pl.* 497. *Rumph. amb.* 2. *p.* 42. *t.* 11.



124. Contrajervæ radicem eſſe ſpeciem PASSIFLORAE *Hernandus*, COMMELINAE *Baniſterus*, KAEMPFERIAE *Camellus*, ARISTOLOCHIAE *Sloaneus* ſtatuerunt, at DORSTENIAE *Houſtonus*; ſed nuper PSORALEAM pentaphyllam pro genuina Contrayerva alba a Cl. *Bernh. Juſſiæo*, habui. [Contrayervæ nomine Dorſteniæ tam *ſupra dictæ*, quam *Drakenæ* radicem venire, *Houſtoni*, autoptæ, narratione conſtat.]

Santalum verum. *Breyn. icon.* 94. *t.* 5. *f.* 1.
LOC. India, Siam, Timor, Solor. *Arbor, peregrina.*
PHARM. SANTALI CITRINI Lignum.
ALBI Lignum.
QVAL. fragrans, ſubambroſiaca, amaricans.
*Exoleta, dubia, ſuperflua.*
VIS: ſubvenenata, ſynochizans, tonica, ſudorifera.
VSVS: Deſtillationes.
COMP. *Confect.* Alkermes. *Pulv.* abort.

## CAMPHOROSMA.

126. CAMPHOROSMA *monſpeliaca* foliis hirſutis linearibus. *Sp. pl.* 178.
Camphorata hirſuta. *Bauh. pin.* 436. *Buxb. cent.* 1. *p.* 18. *t.* 28. *f.* 1.
LOC. Europa auſtralis, Tataria. *Annua.*
PHARM. CAMPHORATAE Herba.
QVAL. ſubaromatica. *Inuſitata.*
VIS: nervina, diuretica, ſudorifera, reſolvens, vulneraria, cephalica.
VSVS: Hydrops, Hyſteria, Coryza, Leucorrhœa, Aſthma! Rheumatiſmus!
COMP.

## ALCHEMILLA.

127. ALCHEMILLA *vulgaris* foliis lobatis. *Fl. ſuec.* 141. *Sp. pl.* 178. *Fl. dan. t.* 693.
Alchimilla vulgaris. *Bauh. pin.* 319.
LOC. Europæ paſcua ſicciora. *Perennis, vulgatiſſima.*
PHARM. ALCHIMILLAE Radix, Herba, *Aqua.*
QVAL. ſtyptica, inodora. *Rarior.*
VIS: vulneraria, ſophiſticans.
VSVS: Dyſenteria.
COMP.

DIGY-

## *DIGYNIA.*

### CVSCVTA.

128. CVSCVTA *europæa* floribus ſeſſilibus. *Fl. ſuec.* 144. *Sp. pl.* 180. *Fl. dan. t.* 199.

Cuſcuta major. *Bauh. pin.* 219.

LOC. Europæ noſtratis Linum, Humulus, Vrtica, Cannabis. *Annua, vulgaris.*

PHARM. CVSCVTAE Herba.

QVAL. amaricans, acriuſcula, inodora. *Dubia.*

VIS: laxans, [ſtimulans, incidens, aperiens.]

VSVS: Febres intermittentes. [Obſtructiones viſc.]

COMP.

129. CVSCVTA *Epithymum* floribus ſeſſilibus quinquefidis, bracteis obvallatis. *Syſt. veg.* 167. *Læfl. it.* 216. *Fl. dan. t.* 427.

Epithymum ſ. Cuſcuta minor. *Bauh. pin.* 219.

LOC. Europæ auſtralis Thymus. *Annua, manſueta.*

PHARM. EPITHYMI Herba.

QVAL. odor et ſapor fere Thymi, ſed debilior.

VIS: præcedentis. *Dubia.*

VSVS:

COMP. *Conf.* hamech.

## *TETRAGYNIA.*

### ILEX.

130. ILEX *Caſſine* foliis ovato-lanceolatis ſerratis. *Hort. cliff.* 40. *Sp. pl.* 181.

Aquifolium carolinenſe foliis dentatis, baccis rubris. *Catesb. car.* 1. *p.* 31. *t.* 31.

LOC. Carolina, Virginia. *Arbor, manſueta.*

PHARM. CASSINAE Folia.

QVAL. ſubaromatica, inodora. *Inuſitata.*

VIS: expectorans.

VSVS: Variola!

COMP.

CLAS-

CLASSIS. V.

# PENTANDRIA.

## MONOGYNIA.

### LITHOSPERMVM.

131. LITHOSPERMVM *officinale* ſeminibus lævibus, corollis vix calycem ſuperantibus, foliis lanceolatis. *Roy. lugd.* 405. *Fl. ſuec.* 159. *Sp. pl.* 189.

Lithoſpermum majus erectum. *Bauh. pin.* 258.

LOC. Europa auſtralior. *Perennis, cicur.*

PHARM. LITHOSPERMI Semina.

QVAL. inſipida, inodora, oſſea. *Exoleta, ſuperflua.*

VIS: abſorbens, adſtringens, diuretica?

VSVS:

COMP. Benedicta, laxativa.

### ANCHVSA.

132. ANCHVSA *officinalis* foliis lanceolatis, ſpicis imbricatis ſecundis. *Flor. ſuec.* 161. *Sp. pl.* 191. *Fl. dan. t.* 572.

Bugloſſum anguſtifolium majus. *Bauh. pin.* 256.

LOC. Europæ prata et ruderata. *Perennis, frequens.*

PHARM. BVGLOSSI Radix, Herba, *Syrupus, Aqua,* Flores, *Conſerva.*

QVAL. mucilaginoſa, oleracea. *Superflua.*

VIS: cordialis? exhilarans?

VSVS: Melancholia? Hypochondriaſis?

COMP. *Flores* IV cordiales. *Aquæ* IV cordiales.

133. ANCHVSA *tinctoria* tomentoſa, foliis lanceolatis obtuſis, ſtaminibus corolla brevioribus. *Sp. pl.* 192.

Anchuſa puniceis floribus. *Bauh. pin.* 255.

LOC. Languedocia. *Perennis, peregrina.*

PHARM.

PHARM: ALCANNAE (SPVRIAE) Radix.
QVAL. rubra. *Vſitata.*
VIS: tinctoria.
VSVS:
COMP. Tincturæ rubræ. *Vngu.* rubr. potabile. *Spirit.* Sal. arm. rubr.

## CYNOGLOSSVM.

134. CYNOGLOSSVM *officinale* ſtaminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis tomentoſis ſeſſilibus. *Fl. ſuec.* 162. *Sp. pl.* 192.
Cynogloſſum majus vulgare. *Bauh. pin.* 257.
LOC. Europæ ruderata. *Biennis, vulgatiſſima.*
PHARM. CYNOGLOSSAE Radix, Herba.
QVAL. mucilaginoſa, graveolens. *Dubia.*
VIS: adſtringens, ſubnarcotica, phthiriaca.
VSVS: Tuſſis, Coryza.
COMP. *Pilulæ* Cynogloſſæ gr. V.

## PVLMONARIA.

135. PVLMONARIA *officinalis* foliis radicalibus ovato-cordatis ſcabris. *Fl. ſuec.* 163. *Sp. pl.* 194. *Fl. dan. t.* 483.
Symphytum maculoſum ſ. Pulmonaria latifolia. *Bauh. pin.* 259.
LOC. Europæ radices montium. *Perennis, vulgaris.*
PHARM. PVLMONARIAE MACVLOSAE Herba.
QVAL. mucilaginoſa, oleracea. *Dubia, ſuperflua.*
VIS: glutinans, vulneraria, becchica.
VSVS: Hæmoptyſis?
COMP.

SYM.

133. [*Alcannæ* loco etiam adhiberi poteſt *Anchuſæ luteæ* rad. quam *Onoſma echioïdes* præbet.]
135. *Pulmonaria* non maculoſo folio *C. B.* cum maculoſa convenit ſpecie et viribus, licet maculis deſtituatur. *Fl. ſuec.*

## SYMPHYTVM.

136. SYMPHYTVM *officinale* foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. *Hort. cliff.* 47. *Fl. ſuec.* 156. *Sp. pl.* 195. *Fl. dan. t.* 664.

Symphytum Conſolida major. *Bauh. pin.* 259.

LOC. Europa auſtralior. *Perennis, frequens.*

PHARM. CONSOLIDAE MAJORIS Radix, *Conſerva*, Herba, Flores.

QVAL. mucilaginoſa. *Vſitata*, Hb. Fl. *ſuperflua.*

VIS: inviſcans, glutinans, vulneraria, adſtringens.

VSVS: Hæmoptyſis! Diarrhœa, Dyſenteria, Hæmaturia, Stranguria.

COMP. *Syrupus* ſymphyti, *Empl.* fractur. *Empl.* ruptur; *Empl.* opodelt.

## BORAGO.

137. BORAGO *officinalis* foliis omnibus alternis, calycibus patentibus. *Hort. upſ.* 34. *Sp. pl.* 197.

Bugloſſum latifolium, Borrago. *Bauh. pin.* 236.

LOC. Normannia. *Annua, cicur.*

PHARM. BORRAGINIS Herba, *Syrupus*, ▽, Flores, *Conſerva.*

QVAL. oleracea. *Dubia, ſuperflua.*

VIS: cordialis? exhilarans?

VSVS: Melancholia?

COMP. *Flores* IV cordiales. *Aquæ* IV cordiales.

## PRIMVLA.

138. PRIMVLA *veris: officinalis* foliis denticulatis rugoſis, *limbo corollarum concavo.* *Fl. ſuec.* 171. *Sp. pl.* 204. *Fl. dan. t.* 433.

Verbaſculum pratenſe odoratum. *Bauh. pin.* 241.

LOC. Europæ prata. *Perennis, vulgatiſſima.*

PHARM. PRIMVLAE VERIS Radix, Herba, Flores (Corollæ), *Conſerva*, ▽.

QVAL. fragrans, oleracea. *Frequens*, Hb. *ſuperflua.*
VIS: narcotica, exhilarans, anodyna, nervina. *Rd.* ſternutatoria.
VSVS: Vertigo *Flor.* Paralyſis? Epilepſia? Cephalalgia, Odontalgia *Rd.*
COMP..

## CYCLAMEN.

139. CYCLAMEN *europæum* corolla retroflexa. *Hort. upſ.* 47. *Sp. pl.* 207. *Jacq. auſtr. t.* 401.
Cyclamen hederæ folio. *Bauh. pin.* 308. *Cam. epit.* 35.
LOC. Pannoniæ, Auſtriæ umbroſa nemoroſa. *Perenne, manſuetum.*
PHARM. CYCLAMINIS Radix ʒj.
QVAL. mucilaginoſa, *tum* acris, fervida, (*aſſata* eſculenta,) amaricans. *Rarior.*
VIS: purgans, draſtica, emmenagoga. *Externe* reſolvens, anthelminthica.
VSVS: Scirrhus.
COMP. *Vngu.* Arthanitæ.

## MENYANTHES.

140. MENYANTHES *trifoliata* foliis ternatis. *Fl. ſuec.* 173. *Sp. pl.* 208. *Fl. dan. t.* 541.
Trifolium paluſtre. *Bauh. pin.* 327.
LOC. Europæ paludes. *Perennis, vulgaris.*
PHARM. TRIFOLII AQVATICI Herba, *Conſerva*, *Eſſentia*, ⎍, 🜄.
QVAL. amariſſima. *Præſtans.*
VIS: balſamica, tonica, ſaponacea, diuretica, anthelminthica.
VSVS: Cachexia, Scorbutus, Hypochondriaſis, Arthritis, Nephritis, Rheumatiſmus, Cacoëthes.
COMP.

LYSI-

## LYSIMACHIA.

141. LYSIMACHIA *Numularia* foliis ſubcordatis, floribus ſolitariis, caule repente. *Fl. ſuec.* 177. *Sp. pl.* 211. *Fl. dan. t.* 493.

Numularia lutea major. *Baub. pin.* 309.

LOC. Europa auſtralior. *Perenn.., cicur.*

PHARM. NVMVLARIAE Herba.

QVAL. ſubacida, ſubacris.

VIS: ſaponacea, ſubadſtringens, vulneraria.

VSVS: Menorrhagia, Leucorrhœa, Vulnera interna.

COMP.

## ANAGALLIS.

142. ANAGALLIS *arvenſis* foliis ovatis, caule procumbente. *Fl. ſuec.* 178. *Sp. pl.* 211. *Fl. dan. t.* 88.

Anagallis phœniceo flore. *Baub. pin.* 252.

LOC. Europæ arva. *Annua, vulgaris.*

PHARM. ANAGALLIDIS Herba, ▽, ◎; ⎍, *Syr. Eſſentia.*

QVAL. acris, inodora. *Rarior.*

VIS:

VSVS: Melancholia, Hydrophobia.

COMP.

## SPIGELIA.

143. SPIGELIA *Anthelmia* caule herbaceo, foliis ſummis quaternis. *Syſt. nat.* 13. *p.* 166. *Amœn. acad.* 5. *p.* 133. *t.* 2. * *Sp. pl.* 213.

Spigelia quadrifolia, ſpicis terminalibus. *Brown. jam.* 156. *t.* 37. *f.* 3.

LOC. Braſilia, *ſeritur in* Jamaica. *Annua, fera.*

PHARM. SPIGELIAE Herba.

QVAL. tetra, fœtida. *Rarior.*

VIS: narcotica, expellens, anthelminthica!

VSVS:

143. [SPIGELIAE *Herbam* e *Spigelia marylandica Linn. mant.* 338. deſumi, Cel. *Bergius mat. med.* 64. mavult, utpote quæ Anthelmiam viribus ſuperare fertur.]

VSVS: Lumbrici!

COMP.

## OPHIORRHIZA.

144. OPHIORRHIZA *Mungos* foliis lanceolato-ovatis. *Fl. zeyl.* 402. *Amœn. acad.* 2. *p.* 119. *Sp. pl.* 213.

Mungos radix. *Kæmpf. amœn.* 577.

LOC. Java, Zeylona, Sumatra. *Perennis, peregrina.*

PHARM. SERPENTVM Radix.

QVAL. amariſſima.

VIS: expellens.

VSVS: Morſura venenata, Hydrophobia, Rabies, Synochus.

COMP. Lapis de Goa.

## PLVMBAGO.

145. PLVMBAGO *europæa* foliis amplexicaulibus lanceolatis ſcabris. *Hort. cliff.* 53. *Sp. pl.* 215.

Lepidium dentillaria dictum. *Bauh. pin.* 97.

LOC. Neapolis, Syracuſa, Gallia auſtralis. *Perennis, manſueta.*

PHARM. DENTARIAE Radix.

QVAL. acris, ſeptica. *Exoleta, præſtans.*

VIS: cauſtica.

VSVS: Odontalgia.

COMP.

## CONVOLVVLVS.

146. CONVOLVVLVS *Scammonia* foliis ſagittatis poſtice truncatis, pedunculis teretibus ſubtrifloris. *Sp. pl.* 218.

Convolvulus ſyriacus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 12. *ſ.* 1. *t.* 3. *f.* 5.

LOC. Syria, Myſia, Cappadocia per Smyrnam. *Perennis, peregrina.*

PHARM. SCAMMONIVM Crudum Gr. vj. *Diacrydium* ℈ß. *Reſina* ℈ß.

QVAL. acri-amaricans, nauſeoſa, gummoſo-reſinoſa. *Trita*, *eximia*.
VIS: purgans, *crudum* calcar, *Reſina* laudabilis, *Diacryd.* optimum.
VSVS: robuſtioribus.
COMP. ♁ Cornach. ℨß, *Pil.* Cochiæ, *Pil.* Aureæ, *Extract.* Catholic. *Extr.* Panch. Benedicta.

147. CONVOLVVLVS *Turpethum* foliis cordatis angulatis, caule membranaceo-quadrangulari, pedunculis multifloris. *Sp. pl.* 221.
Convolvulus zeylanicus alatus maximus. *Herm. zeyl.* 177. *t.* 179.
LOC. Zeylona, Malabaria. *Perennis*, *peregrina*.
PHARM. TVRPETHI Radix ℨß. *Extractum*.
QVAL. gummoſa, poroſa, bilocularis, ſubinſipido-acris, nauſeoſa. *Rarior*, *præſtans*.
VIS: purgans tardiuſcula.
VSVS: Arthritis, Hydrops, Chronici.
COMP. *Extr.* panchym. *Pil.* cochiæ, *Pil.* Agarici, ♁ Arthetic.

148. CONVOLVVLVS *Jalapa* foliis difformibus: cordatis angulatis oblongis lanceolatisque, caule volubili, pedunculis unifloris. *Mantiſſ. pl.* 43.*
Convolvulus americanus Jalapium dictus. *Raj. hiſt.* 724.
LOC. America. *Perennis*, *peregrina*.
PHARM. JALAPPAE Radix ℨß. *Extractum* ℈j. *Reſina* ℈ß.

QVAL.

148. JALAPPAE rad. acutiſſimus Botanicus *Plumier*, qui ter Americam adiit, ſtatuit eſſe *Mirabilem Jalapam*; recentiores vero, ut D. *Sloane* et *Millerus*, *Convolvulum Jalapam*. Immo *Millerus*, qui radices Jalapæ per *Houſtonum* ex America reportavit, et Pharmacopolis Londinenſibus vendidit, habuit radices Convolvuli hujus, quæ omnibus numeris veræ officinali reſpondebant. *Obſ. in mat. med.* 6. [Cel. *Bergio* rad. *Mirabilis dichotomæ* Jalapæ veræ exoticæ ſimillima videtur; Mirabilis Jalapæ et Mirab. longifloræ radices non purgare *Idem* expertus eſt. *Mat. med.* 69.]

QVAL. nauſeoſa, acris, odore ſapore doſi facillima. *Trita, heroica.*
VIS: purgans. *Reſina* calcar purgantis.
VSVS: frigidis, ſucculentis, infantibus. Vermes.
COMP. *Spec.* diajalappæ.

149. CONVOLVVLVS *Mechoacanna* [caule volubili, foliis cordatis, fructibus maximis tomentoſis. *Berg. mat.* 68.]
Jeticucu. *Marcg. braſ.* 41.
LOC. America meridionalis: Braſilia, Quito. *Perennis, peregrina.*
PHARM. MECHOACANNAE Radix ℥ß. *Extractum.*
QVAL. ſubinſipido-acris, inodora. *Trita, eximia.*
VIS: eccoprotica, ſecuriſſima, roborans.
VSVS: infantibus, Oedema.
COMP.

150. CONVOLVVLVS *Soldanella* foliis reniformibus, pedunculis unifloris. *Hort. cliff.* 67. *Sp. pl.* 226.
Soldanella maritima minor. *Baub. pin.* 295.
LOC. Angliæ, Friſiæ maritima. *Perennis, manſueta.*
PHARM. SOLDANELLAE Herba ℥j.
QVAL. nauſeoſa, acris. *Exoleta, inſida.*
VIS: draſtica, hydragoga.
VSVS: Hydrops.
COMP.

## CINCHONA.

151. CINCHONA *officinalis* panicula brachiata. *Sp. pl.* 244. *Syſt. nat.* 13. *p.* 178.*

 Quin-

149. [*Mechoacannam* quamdam *Convolvulus panduratus* quoque largitur; an ſpecie ab iſta quæ in Braſilia colligitur, diverſam? Conf. *Dill. elth.* 120. *Schoepf. mat. med.* 21. *n.* 46.
151. [Conf. *Pharmacop. dan.* 31. *Chin. rubr.* Cort. an a diverſa ſpecie? ut *Cort. Caribæus* a Cinchona caribæa *Jacq. Cort.*

Quinquina. *Condam. Act. pariſ.* 1738. *p.* 226. *t.* 5. *fig. A-E. tab.* 6. *fig. F.-S. Geoffr. mat. med.* 2. *p.* 180.
LOC. Loxa Peruviæ. *Arbor, peregrina.*
PHARM. CHINAE Cortex ℨj. *Eſſentia, Extractum.*
QVAL. tenaciſſime amara, carnes amaritie inficiens. *Trita, heroica.*
VIS: tonica, adſtringens, roborans, ſublaxans, antiſeptica.
VSVS: Febres, Anorexia, Calculus, Oedema, Cachexia, Gangræna, Hyſteria. [Hæmorrhagiæ, Variolæ, Phthiſis, Tuſſis convulſ. Scrophulæ.]
COMP.

## PSYCHOTRIA.

152. PSYCHOTRIA *emetica* herbacea procumbens, foliis lanceolatis glabris, ſtipulis extrafoliaceis ſubulatis, capitulis axillaribus pedunculatis pauciſloris. *Suppl. pl.* 144.
Ipecacuanha. *Piſ. braſil.* 101? *Marcgr. braſ.* 17?
LOC. Regni Mexicani provincia Gironenſis. *Perennis.*
PHARM. IPECACVANHAE VVLGARIS Radix?

QVAL.

*Cort. S. Luciæ* a Cinchona cymoſa etc *Kentiſh exp. and obſ. on a new ſpecies of bark. Lond.* 1784. Cf. *Blumenb. med. bibl.* 2. *p.* 485.

152. Ex teſtimonio Rhizotomi cujusdam Mexicani, qui Ipecacuanham venalem ſæpius collegerat, et certo ſe noviſſe aſſeverabat, hæc vera ſtirps eſt, cui radicem Ipecacuanhæ venalem debemus. *Suppl. pl. l. c. Syſt. veg.* 14. *p.* 214. [Conf. *Ipecacuanha* braſilienſis radice emetica. *Petiv. gaz. t.* 59. *f.* 9. *Berg. mat. med.* 70. et infra Viola Ipecacuanha. Secundum *Pharmacop. danicam p.* 21. Ipecacuanha in genere pro *Euphorbiæ Ipecacuanhæ* radice habenda eſt. Alia Ipecacuanha Guianenſium eſt *Bœrhaavia diandra Aubl. guian.* 4. alia Inſularum Caribæarum, Aſclepias curaſſavica, *Oldend. Carib.* 92. alia Carolinenſium, *Podophyllum peltatum*, alia Virginianorum, *Spiræa trifoliata*, et Pſeudipecacuanna virginica, *Trioſteum perfoliatum. Schoepf. mat. med. amer. p.* 86. 80. et 23.]

QVAL. nauſeoſa, amaricans, et leniter pungens. *Trita, eximia.*
VIS: emetica! ſudorifera, corroborans, adſtringens.
VSVS: Febres Criticæ, Intermittentes et Exacerbantes!, Leucorrhœa, Hæmorrhagia uteri, Aſthma, Tuſſis, Pleuritis, Peripneumonia, Diarrhœa, Dyſenteria! Vermes. *Amœn. acad.* 8. *p.* 245.

## COFFEA.

153. COFFEA *arabica* floribus quinquefidis diſpermis. *Amœn. acad.* 6. *p.* 160. *t.* 160. *Sp. pl.* 245.
Jaſminum arabicum, lauri folio. *Juſſ. act.* 1713. *p.* 388. *t.* 7.
LOC. Arabia felix. *Arbor, fera.*
PHARM. COFFE Semina, *uſtulata.*
QVAL. *uſta* empyreumatica. *Culinaris.*
VIS: exſiccans, excitans, calefaciens, pellens, carminativa, diuretica, antivenerea, anthelminthica.
VSVS: Polyſarcia, Sopor, Cardialgia, Cephalalgia, Calculus. *Nocet* Hypochondriacis, Hyſtericis, Melancholicis, oculis.
COMP.

## LONICERA.

154. LONICERA *Periclymenum* capitulis ovatis imbricatis terminalibus, foliis omnibus diſtinctis. *Hort. cliff.* 58. *Fl. ſuec.* 139. *Sp. pl.* 247.
Periclymenum non perfoliatum germanicum. *Baub. pin.* 302.
LOC. Europa auſtralior. *Arbuſcula, cicur.*
PHARM. CAPRIFOLII Stipites, Herba, Aqua.
QVAL. ingrata. *Dubia, exoleta.*

VIS: vulneraria, mundificans.
VSVS: Ophthalmia ▽? Gargarisma Herbæ?
COMP.

155. LONICERA *Symphoricarpos* capitulis lateralibus pedunculatis, foliis petiolatis. *Sp. pl.* 249.
Symphoricarpos foliis alatis. *Dill. elth.* 317. *t.* 278. *f.* 360.
LOC. Virginia, Carolina. *Frutex, cicur.*
PHARM. SYMPHORICARPI Stipites.
QVAL. ſtyptica. *Inuſitata.*
VIS: ſubadſtringens.
VSVS: Febres intermittentes!
COMP.

156. LONICERA *Diervilla* racemis terminalibus, foliis ſerratis. *Sp. pl.* 249.
Diervilla. *Hort. cliff.* 63. *t.* 7.
LOC. Canada. *Frutex, manſuetus.*
PHARM. DIERVILLAE Stipites.
QVAL. nauſeoſa.
VIS: pellens.
VSVS: Dyſuria, Gonorrhœa, Syphilis!
COMP.

## CORIS.

157. CORIS *monſpelienſis.* *Hort. cliff.* 68. *Hort. upſ.* 46. *Sp. pl.* 252.
Coris cærulea maritima. *Bauh. pin.* 280.
LOC. Gallia Narbonenſis, Creta. *Biennis, manſueta.*
PHARM. COREOS Herba, *Decoctum.*
QVAL. amariſſima, nauſeoſa. *Eximia, inuſitata.*
VIS: pellens.
VSVS: Syphilis.
COMP.

VER-

## VERBASCVM.

158. VERBASCVM *Thapſus* foliis decurrentibus utrinque tomentoſis, caule ſimplici. *Fl. ſuec.* 195. *Sp. pl.* 252. *Fl. dan. t.* 631.

Verbaſcum mas latifolium luteum. *Bauh. pin.* 239.

LOC. Europæ ſylvæ ſabuloſæ. *Annua, vulgaris.*

PHARM. VERBASCI Herba, ◎, ▽, Flores.

QVAL. ſubodorata, fatuo-amaricans. *Rarior, Fl. ſuperflua.*

VIS: emolliens, anodyna, antiſpasmodica, repellens.

VSVS: Hæmoptyſis? Hæmorrhagia, Hectica, Varix ani, Tuſſis, Phthiſis?

COMP.

159. VERBASCVM *nigrum* foliis cordatis oblongis petiolatis. *Fl. ſuec.* 196. *Sp. pl.* 253.

Verbaſcum nigrum, flore ex luteo purpuraſcente. *Bauh. pin.* 240.

LOC. Europæ ruderata. *Perennis, frequens.*

PHARM. VERBASCI Radix.

QVAL. inſipida, mucilaginoſa. *Rarior, dubia.*

VIS: ſtupefaciens, emolliens.

VSVS: Paronychia.

COMP.

## DATVRA.

160. DATVRA *Stramonium* pericarpiis ſpinoſis erectis ovatis, foliis ovatis glabris. *Hort. cliff.* 55. *Fl. ſuec.* 198. *Sp. pl.* 255. *Fl. dan. t.* 436.

 Sola-

160. [DATVRAE *Semina* b. *Auctor* in *edit. prior.* a *Datura Metel*, mutato vero deinde conſilio in *Flora ſuecica* et *Amœn. acad.* 4. *p.* 7. a *Datura Stramonio* repetere præcepit, quam itaque, indigenam et experimentis *Stœrkii*, *Odhelii*, *Wahlbomii*, *Bergii*, *Gredingii*, claram, hic ſubſtitui.]

Solanum fœtidum pomo ſpinoſo oblongo, flore albo. *Bauh. pin.* 168.

LOC. Europæ auſtralioris ruderata. *Annua, cicur.*

PHARM. STRAMONII Herba, *Extractum.*
DATVRAE Semina.

QVAL. amara, viroſa, toxica. *Sem.* inſipida. *Caute.*

VIS: narcotica, amneſtica, phantaſtica, dementans, exhilarans, anodyna, hypnotica, paregorica, repellens.

VSVS: Convulſiones, Amentia, Mania, Epilepſia, Carcinoma, Varix ani, Combuſtura.

COMP. *Compoſ.* phantaſtica *Barthol.*

## HYOSCYAMVS.

161. HYOSCYAMVS *niger* foliis amplexicaulibus ſinuatis, floribus ſeſſilibus. *Fl. ſuec.* 199. *Sp. pl.* 257.

Hyoſcyamus vulgaris et niger. *Bauh. pin.* 169.

LOC. Europæ ruderata. *Biennis ſ. annua vulgatiſſima.*

PHARM. HYOSCYAMI Radix, Herba, Semina, (O).

QVAL. ſubinſipida, viroſa, toxica. *Rarior, caute.*

VIS: narcotica, phantaſtica, dementans, anodyna, hypnotica, antiſpaſmodica, repellens, reſolvens.

VSVS: [Paralyſis, Convulſiones, Mania,] Epilepſia, Tuſſis, Hæmoptyſis, Odontalgia (fumus), Varix ani.

COMP. Philonium, *Pil.* cynogloſſæ, *Troch.* alkekengi, *Vngu.* populneum.

## NICOTIANA.

162. NICOTIANA *Tabacum* foliis lanceolato-ovatis ſeſſilibus decurrentibus, floribus acutis. *Sp. pl.* 258.

Nicotiana major latifolia. *Bauh. pin.* 169.

LOC.

161. [HYOSCYAMI *Sem.* eorumque ol. expr. in Gallia ab *Hyoſcyamo albo* deſumi ſolent. *Ph. par.* 61.]

LOC. America. *Annua*, *manſueta.*

PHARM. TABACI Herba, *Pulvis*, ∴, *Extractum* gr. ij. *Syrupus* ℥iij. Semina.

QVAL. nauſeoſa, viroſa, toxica, acris. *Trita*, *præſtans.*

VIS: anodyna, antiſpaſmodica, narcotica, phantaſtica, paregorica, repellens, errhina, exanthematica, phthiriaca, reſolvens, vulneraria.

VSVS: Vlcus, Scabies, Tinea, Oedema, Tuſſis, Tertiana, Pleuritis, Obſtipatio alvi, *Syr.* Aſthma, Colica, Hyſteria, Dyſenteria, Icterus, Scirrhus, Hydrops.

COMP. *Vngu.* Nicotianæ.

## ATROPA.

163. ATROPA *Mandragora* acaulis, ſcapis unifloris. *Sp. pl.* 259.

Mandragora fructu rotundo. *Bauh. pin.* 169.

LOC. Creta, Cyclades, Hiſpania, Italia, Ruſſia temperata. *Perennis*, *manſueta.*

PHARM. MANDRAGORAE Radix, *Extractum*, ◎.

QVAL. viroſa, toxica. *Cort. radicis* acris. *Exoleta*, *caute.*

VIS: narcotica, phantaſtica, dementans, anodyna, antiſpasmodica. *Cort. radicis* purgans, pellens, abortiva.

VSVS: Podagra, Tumores ſcirrhoſi, Epilepſia, Hyſterica, Colica.

COMP.

164. ATROPA *Belladonna* caule herbaceo, foliis ovatis integris. *Sp. pl.* 260. *Fl. dan. t.* 758. *Jacq. auſtr. t.* 309.

Solanum maniacum multis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 611.

LOC. Germania, Anglia. *Perennis*, *cicur.*

PHARM. BELLADONNAE Baccæ, Folia, ▽.

QVAL. ſubinſipida, viroſa, toxica. *Inuſitata, præſtans, caute.*

VIS: narcotica, phantaſtica, paralytica, anodyna, antiſpasmodica, repellens.

VSVS: Dyſenteria, Rubedo, Cacoëthes, Bubo mammarum, Carcinoma! Fiſtula, Prolapſus ani. [Convulſiones, Epilepſia.]

COMP.

## PHYSALIS.

165. PHYSALIS *Alkekengi* foliis geminis integris acutis, caule herbaceo inferne ſubramoſo. *Hort. upſ.* 49. *Sp. pl.* 262.

Solanum veſicarium. *Bauh. pin.* 166.

LOC. Europæ auſtralioris ſcrobes. *Perennis, cicur.*

PHARM. ALKEKENGI Herba, Baccæ, ▽, Semina.

QVAL. acidula, amaricans. HB. Sem. *ſuperflua.*

VIS: ſubanodyna, diuretica, refrigerans, eccoprotica.

VSVS: Arthritis, Dyſuria, Nephritis, Phlogoſis, Hydrops.

COMP.

## SOLANVM.

166. SOLANVM *Dulcamara* caule inermi frutèſcente flexuoſo, foliis ſuperioribus haſtatis, racemis cymoſis. *Fl. ſuec.* 201. *Sp. pl.* 264. *Amœn. acad.* 8. *p.* 63. *Fl. dan. t.* 607.

Solanum ſcandens ſeu Dulcamara. *Bauh. pin.* 167.

LOC. Europæ ſepes humidiuſculæ. *Frutex, frequens.*

PHARM. DVLCAMARAE Stipites ℥ij-iv.

QVAL. ſubdulcis, amara, nauſeoſa. *Rarior, heroica.*

VIS: anodyna, repellens, pellens, purificans, diuretica.

VSVS: Rheumatiſmus, Arthritis, Pleuritis, Icterus, Aſthma, Scorbutus, Dysmenorrhœa, Dyslochia, Contuſura, Scabies, Syphilis.

COMP. *Decocta* mundificantia, *Infuſ.* traumaticum *Full.*

167. SOLANVM *nigrum* caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, racemis diſtichis nutantibus. *Fl. ſuec.* 200. *Sp. pl.* 266. *Fl. dan. t.* 460.

Solanum officinarum. *Bauh. pin.* 166.

LOC. Europæ ruderata. *Annua, vulgatiſſima.*

PHARM. SOLANI Herba, ▽, ◎.

QVAL. viroſa. *Rarior.*

VIS: anodyna, hypnotica, paregorica, repellens, refrigerans.

VSVS: Phlegmone, Proctica, Scirrhus, Paronychia, Vlcus.

COMP. *Emplaſt.* de Solano.

## CAPSICVM.

168. CAPSICVM *annuum* caule herbaceo, pedunculis ſolitariis. *Sp. pl.* 270.

Piper indicum vulgatiſſimum. *Bauh. pin.* 102.

LOC. Braſilia, Mexico, Barbados. *Annua, ſubmaneta.*

PHARM. PIPERIS INDICI Fructus. [Semina.]

QVAL. acris, ſeptica. *Culinaris Indis, eximia, rarior.*

VIS: rubefaciens, ſtimulans, tuſſiva.

VSVS: Aſthma, Coryza, Anorexia. [Febres intermittentes.]

COMP.

## STRYCHNOS.

169. STRYCHNOS *Nux vomica* foliis ovatis, caule inermi. *Fl. zeyl.* 91. *Sp. pl.* 271.

[Strych-

[Strychnos foliis ovatis obtuſis quinquenerviis: nervis evaneſcentibus. *Berg. mat.* 88.]

Caniram. *Rheed. mal.* 1. *p.* 67. *t.* 37.

LOC. Malabaria, Zeylona. *Arbor, peregrina.*

PHARM. VOMICAE Nux, ℥ß.

QVAL. amara, viroſa. *Rarior, cauta.*

VIS: emetica, pellens, anthelminthica.

VSVS: Colica, Cardialgia, Gonorrhœa, Febres intermittentes, Tænia, [Morſura ſerpent.]

COMP.

170. STRYCHNOS *colubrina* foliis ovatis acutis, cirrhis ſimplicibus. *Sp. pl.* 371.

[Strychnos foliis conjugatis ovatis trinerviis, cirrhis ſimplicibus. *Berg. mat.* 90.]

Modira-caniram. *Rheed. mal.* 8. *p.* 47. *t.* 24.

LOC. Malabaria, Timor, Solor. *Arbor, peregrina.*

PHARM. COLVBRINI VVLGARIS Lignum (radicis) ℥ß.

QVAL. ſuſpecta, acris, amariſſima. *Exoleta, cauta.*

VIS: emetica, pellens, ſudorifera, anthelminthica, fatuans.

VSVS: Morſura venenata, Quartana.

COMP.

## IGNATIA.

171. IGNATIA *amara. Suppl. pl.* 149.

[Strychnos *Ignatii* foliis ovatis acutis quinquenerviis: nervis continuatis, fructibus maximis. *Berg. mat.* 89.]

Cucur-

170. Hanc a *Str. Nuce vomica* non diverſam eſſe, Botanici in India degentes contendunt.

Ligna colubrina vulgo appellantur apud Indos omnia illa ligna, quæ aquam in pocula ex iis tornata infuſam pura amaritie impraegnant et antidota putantur. Hinc in officinis pharmaceuticis ligna diverſa nomine *Ligni colubrini* inveniuntur, interdum majoris, interdum minoris efficaciæ. *Suppl. pl.* 149.

Cucurbitifera malabathri folio, ſcandens, Catolongay et Contará Philippinis orientalibus dicta. *Pluk. mant.* 60.

LOC. India orientalis. *Peregrina.*

PHARM. IGNATII Faba.

QVAL. amariſſima. *Rarior, heroica.*

VIS: tonica, narcotica, pellens, diuretica, ſudorifera, emmenagoga, anthelminthica.

VSVS: Morbi ventriculi, Febres Exacerbantes, Intermittentes, Morbi evacuatorii ab Atonia, Soporoſi, Aſthma, Ecclampſia.

COMP.

## CORDIA.

172. CORDIA *Myxa* foliis ovatis ſupra glabris, corymbis lateralibus, calycibus decemſtriatis. *Sp. pl.* 275.

Sebeſten officinarum. *Dill. elth.* 340. *t.* 255. *f.* 331.

LOC. Aegyptus, Malabaria. *Arbor, fera.*

PHARM. SEBESTEN (*Drupa*).

QVAL. mucilaginoſa, dulcis.

VIS: nutriens, inviſcans, lubricans, humectans, eccoprotica, adſtringens.

VSVS: Raucedo, Tuſſis, Stranguria.

COMP.

## RHAMNVS.

173. RHAMNVS *catharticus* ſpinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis ovatis, caule erecto. *Fl. ſuec.* 202. *Sp. pl.* 279.

Rhamnus catharticus. *Bauh. pin.* 478.

LOC. Europæ ſaltus. *Arbor, vulgaris.*

PHARM. SPINAE CERVINAE Baccæ ℥ij, *Succus viridis.*

QVAL. amara, lutea. *Rarior.*

VIS:

VIS: purgans.
VSVS: Cachexia, Arthritis, Hydrops, Syphilis.
COMP. *Syrupus* domeſticus ℥j.

174. RHAMNVS *Frangula* inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. *Fl. ſuec.* 203. *Sp. pl.* 280. *Fl. dan. t.* 278.
Alnus nigra baccifera. *Bauh. pin.* 428.
LOC. Europæ humidiuſcula. *Arbuſcula, vulgaris.*
PHARM. FRANGVLAE Cortex, *infuſum* ℥ß.
QVAL. amaricans, lutea. *Rarior, heroica.*
VIS: purgans.
VSVS: Hydrops, Scabies, Aſthma humidum, Varix ani.
COMP.

175. RHAMNVS *Zizyphus* aculeis geminatis: altero recurvo, floribus digynis, foliis ovato-oblongis. *Hort. cliff.* 96. *Sp. pl.* 282.
Zizyphus. *Dod. pempt.* 807.
LOC. Italia, Verona. *Arbor, manſueta, ſterilis.*
PHARM. JVJVBAE Baccæ, *Syrupus.*
QVAL. dulcis, mucilaginoſa.
VIS: inviſcans, lubricans, edulcorans, expectorans.
VSVS: Tuſſis, Stranguria.
COMP. *Loboc* ſanum, *Syrupus* de jujub.

## CEANOTHVS.

176. CEANOTHVS *americanus* foliis trinerviis. *Sp. pl.* 284. *Mill. ic. t.* 86. *Duham. arb.* 1. *p.* 138. *t.* 51.
Evonymus novi belgii, corni feminæ foliis. *Commel. hort.* 1. *p.* 167. *t.* 86. *Raj. dendr.* 69.
LOC. Virginia, Carolina. *Frutex, manſuetus.*
PHARM. CEANOTHI Stipites.
QVAL. rubra. *Rara.*

VIS:

VIS: purificans.
VSVS: Syphilis!
COMP.

## RIBES.

177. RIBES *rubrum* inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiuſculis. *Fl. ſuec.* 205. *Sp. pl.* 290.
Groſſularia multiplici acino ſ. non ſpinoſa hortenſis rubra, ſive Ribes officinarum. *Bauh. pin.* 455.
LOC. Europa, præſertim Weſtrobotnia. *Frutex, cicur.*
PHARM. RIBIVM RVBRORVM Baccæ *conditæ, Rob.*
QVAL. acida, rubra. *Culinaris, trita, præſtans.*
VIS: refrigerans.
VSVS: Febres Phlogiſticæ, Putridæ, Sitis, Aeſtus.
COMP.

178. RIBES *nigrum* inerme, racemis piloſis, floribus oblongis. *Fl. ſuec.* 207. *Sp. pl.* 291. *Fl. dan. t.* 556.
Groſſularia non ſpinoſa, fructu nigro. *Bauh. pin.* 455.
LOC. Europa, præſertim Weſtrobotnia. *Frutex, cicur.*
PHARM. RIBIVM NIGRORVM Herba, Baccæ ſiccæ, *Syrupus.*
QVAL. acidiuſcula. *Herb.* tetra. *Rarior, præſtans.*
VIS: anodyna, repellens, pellens, diuretica, purificans. [*Bacc.* refrigerans.]
VSVS: Angina! Febres exanthematicæ, Rabies, Hydrophobia, Dyſenteria! Morſura ſerpentum. [Rheumatiſmus.]
COMP.

## HEDERA.

179. HEDERA *Helix* foliis ovatis lobatisque. *Fl. lapp.* 91. *ſuec.* 209. *Sp. pl.* 292.
Hedera arborea. *Bauh. pin.* 305.

LOC.

LOC. Europa auſtralior. *Frutex, cicur.*

PHARM. HEDERAE ARBOREAE Lignum, Folia, Reſina, Baccæ.

QVAL. *Fol.* amara. *Bacc.* acida. *Rarior, præſtans.*

VIS: vulneraria, ſophiſticans.

VSVS: Vlcera, Fonticuli, Atrophia, Rachitis, Ozæna, Epiphora.

COMP. *Vngu.* althææ.

## VITIS.

180. VITIS *vinifera* foliis lobatis ſinuatis nudis. *Sp. pl.* 293. *Schmidel. ic.* 1. *p.* 32. *t.* 7.

Vitis vinifera. *Baub. pin.* 299.

LOC. Orbis totus temperatus. *Frutex, ſubmanſuetus.*

PHARM. VITIS Folia.
AGRESTAE *Syrupus.*
CORINTHIACAE, pulpa, *loboc.*
VINVM album, rhenanum, rubrum.
Spiritus, Acetum, *Acetum deſtillatum.*

QVAL. *Fol.* acidula, ſubſtyptica. *Paſſul.* acidulo-dulcis. *Trita, eximia.*

VIS: *Fol.* ſubadſtringens. *Paſſul.* nutriens, lubricans, ſublaxans.

VSVS: Tuſſis, Stranguria.

COMP. *Syrup.* Althææ. *Syr.* Eryſimi. *Syr.* hyſſopi. *Conf.* hamech. Paſſulæ laxativæ.

## LAGOECIA.

181. LAGOECIA *Cuminoides. Hort. cliff.* 73. *upſ.* 52. *Sp. pl.* 204.

Cuminum ſylveſtre, capitulis globoſis. *Baub. pin.* 176.

LOC. Creta, Lemnus, Galatia. *Annua, manſueta.*

PHARM. AMMIOS VETERVM Herba, Semina.

QVAL.

QVAL. aromatica. *Præſtans, exoleta.*
VIS: ſtomachica.
VSVS: Anorexia.
COMP.

## ALLAMANDA.

182. ALLAMANDA *cathartica. Mantiſſ.* 214. *Syſt. nat.* 13. *p.* 209.
[Orelia grandiflora. *Aublet. guian.* 271. *tab.* 106.
Chryſoſpermum grandiflorum. *Rolander. Rottböll act. hafn.* 1778. *p.*288.]
LOC. Guianæ ripæ et litora. *Frutex, ſcandens, peregrinus.*
PHARM. ALLAMANDAE Folia, *Infuſum.*
QVAL. lacteſcens, amara. *Inuſitata.*
VIS: cathartica, tonica.
VSVS: Colica pictonum!
COMP.

## VINCA.

183. VINCA *minor* caulibus procumbentibus, foliis lanceolato-ovatis, floribus pedunculatis. *Hort. cliff.* 77. *Hort. upſ.* 53. *Sp. pl.* 304.
Clematis daphnoides minor. *Bauh. pin.* 301.
LOC. Germania, Europa auſtralior. *Perennis, cicur.*
PHARM. VINCAE PERVINCAE Herba.
QVAL. amara, inodora. *Rarior, cauta.*
VIS: *viridis* pellens, *ſicc.* adſtringens, ſophiſticans.
VSVS: Laxitas.
COMP. Gargariſmata.

## NERIVM.

184. NERIVM *antidyſentericum* foliis ovatis acuminatis petiolatis. *Fl. zeyl.* 107. *Sp. pl.* 306.
Nerium indicum, ſiliquis anguſtis erectis longiſſimis. *Burm. zeyl.* 167. *t.* 77.
LOC. Malabaria, Zeylona. *Frutex, peregrinus.*

PHARM. CONESSI ſ. PROFLVVII Cortex.
QVAL. lacteſcens, acris. *Ignota.*
VIS: anthelminthica.
VSVS: Diarrhœa, Dyſenteria, Odontalgia.
COMP.

## PLVMERIA.

185. PLVMERIA *alba* foliis lanceolatis revolutis, pedunculis ſuperne tuberoſis. *Sp. pl.* 306. *Jacq. hiſt.* 36. *t.* 174. *f.* 12.

Apocynum americanum fruteſcens, longiſſimo folio, flore albo odoratiſſimo. *Comm. hort.* 2. *p.* 47. *t.* 24.

LOC. Inſulæ Caribææ. *Arbor, peregrina.*
PHARM. PLVMERIAE ALBAE Radix, *Decoctum.*
QVAL. lacteſcens. *Inuſitata.*
VIS: vulneraria.
VSVS: Syphilis.
COMP.

# DIGYNIA.

## ASCLEPIAS.

186. ASCLEPIAS *aſthmatica* fruticoſa volubilis hirſuta, foliis oppoſitis petiolatis cordato-ovatis ſupra glabris integerrimis, umbellis paucifloris. *Suppl. pl.* 171.

Aſclepias zeylanica, vincetoxici radice præſtantiore. *Burm. zeyl.* 36. *Flor. zeyl.* 490.

Apocynum zeylanicum ſcandens, foliis laurinis. *Herm. prod* 413. Manughawæl *Zeyl.*

LOC. Zeylonæ ſylvæ. *Frutex, peregrinus.*
PHARM. ASCLEP. ASTHM. Radix, *Decoctum, Syrupus.*
QVAL. ſubdulcis, acriuſcula, ſubnauſeoſa, odore Vincetoxici. *Herm.* *Eximia.*

VIS:

VIS: incidens, expectorans, eccoprotica, ſubemetica. *Herm.*

VSVS: Tuſſis. *Herm.* Aſthma ſeroſum. *Linn.*

187. ASCLEPIAS *Vincetoxicum* foliis ovatis baſi barbatis, caule erecto, umbellis proliferis. *Fl. ſuec.* 212. *Sp. pl.* 315. *Fl. dan. t.* 849.

Vincetoxicum. *Dod. pempt.* 407.

LOC. Europæ arida. *Perennis, frequens.*

PHARM. HIRVNDINARIAE Radix ℥j. Herba, ▽.

QVAL. lacteſcens, ſubvenenata. *Trita, dubia.* Hb. *ſuperflua.*

VIS: pellens, diuretica, ſudorifera, emmenagoga, expellens.

VSVS: Hydrops! Variolæ.

COMP. *Eſſent.* alexipharm. Stahl.

## HERNIARIA.

188. HERNIARIA *glabra* glabra. *Fl. ſuec.* 213. *Sp. pl* 317. *Fl. dan. t.* 529.

Polygonum minus ſ. Millegrana major. *Bauh. pin.* 281.

LOC. Europæ arida. *Perennis, frequens.*

PHARM. HERNIARIAE Herba.

QVAL. inodora, inſipida. *Exoleta, dubia.*

VIS: adſtringens, diuretica?

VSVS: Scotomia, Ophthalmia? Hernia? Hydrops? Calculus, Carcinoma.

COMP.

## CHENOPODIVM.

189. CHENOPODIVM *Bonus Henricus* foliis triangulari-ſagittatis integerrimis, ſpicis compoſitis aphyllis axillaribus. *Fl. ſuec.* 214. *Sp. pl* 318. *Fl. dan. t.* 579.

Lapathum unctuoſum, folio triangulo. *Bauh. pin.* 115.

LOC. Europæ ruderata. *Perennis, vulgaris.*
PHARM. BONI HENRICI Herba.
QVAL. oleracea, fatua. *Rarior.*
VIS: refrigerans, humectans, vulneraria, eccoprotica.
VSVS: Paronychia, Oedema, Varix ani, Podagra, Pleuritis, Phthiſis.
COMP.

190. CHENOPODIVM *rubrum* foliis cordato-triangularibus obtuſiuſculis dentatis, racemis erectis compoſitis ſubfolioſis caule brevioribus. *Fl. ſuec.* 217. *Sp. pl.* 318.
Atriplex ſylveſtris latifolia. *Baub. pin* 119.
LOC. Europæ ruderata. *Annua, paſſim.*
PHARM. ATRIPLICIS SYLVESTRIS Herba.
QVAL. aquoſa. *Dubia, ſuperflua.*
VIS: dubia.
VSVS: incertus, ſuibus?
COMP.

191. CHENOPODIVM *Botrys* foliis oblongis ſinuatis, racemis nudis multifidis. *Hort. cliff.* 84. *upſ.* 55. *Sp. pl.* 320.
Botrys ambroſioides vulgaris. *Baub. pin.* 138.
LOC. Calabria, Hetruria, Narbona, [Ruſſia.] *Annua, cicur.*
PHARM. BOTRYOS Herba, Semina.
QVAL. fragrans, graviuſcula. *Rarior, præſtans.*
VIS: ſubinebrians, reſolvens, pellens, carminativa, emmenagoga, anthelminthica, antiſpaſmodica.
VSVS: Aſthma, Orthopnœa, Phthiſis, Tuſſis convulſiva.
COMP.

192. CHE-

191. [*Chenopodium ambroſioïdes* frequentius adhiberi ſolet.]

192. CHENOPODIVM *anthelminthicum* foliis ovato-oblongis dentatis, racemis aphyllis. *Sp. pl.* 320. [*Schœpf. mat. med.* 31.]

Chenopodium lycopi folio, perenne. *Dill. elth.* 77. *t.* 66. *f.* 76.

LOC. Penſylvania. *Perennis.*

PHARM. CHENOP. ANTHELM. Semina ℥j.

QVAL. graveolenti-fragrans. *Eximia, inuſitata.*

VIS: anthelminthica!

VSVS: Lumbrici.

COMP.

193. CHENOPODIVM *Vulvaria* foliis integerrimis rhomboideo-ovatis, floribus conglomeratis axillaribus. *Fl. ſuec.* 222. *Sp. pl.* 321.

Artiplex fœtida. *Bauh. pin.* 119.

LOC. Europæ culta. *Annua, cicur.*

PHARM. VVLVARIAE Herba, *Conſerva.*

QVAL. hircoſa, urinaria. *Inuſitata, præſtans.*

VIS: antiſpasmodica.

VSVS: Hyſteria.

COMP. Elect. hyſteric. Fulleri.

## BETA.

194. BETA *vulgaris* floribus congeſtis. *Syſt. nat.* 12. *p.* 195.

Beta rubra vulgaris. *Bauh. pin.* 118.

LOC. Europæ auſtralioris maritima. *Biennis, cicur.*

PHARM. BETAE RVBRAE Herba, Radix.

QVAL. aquoſa, dulcis ſubaromatica. *Culinaris, exoleta.*

VIS: diluens, humectans, errhina. *Rd. ſucc.* (*Succus* emolliens?) Suppoſitoria.

VSVS: Ophthalmia, Coryza *Sicca*, Cephalalgia, Odontalgia.

COMP.

195. BETA *Cicla* floribus ternis. *Syſt. nat.* 12. *p.* 95.
Beta alba vel palleſcens, quæ Cicla officinarum. *Baub. pin.* 118.
LOC. Europæ auſtralioris maritima. *Annua, cicur.*
PHARM. BETAE ALBAE Herba, *Succus.*
QVAL. præcedentis.
VIS: præcedentis.
VSVS: præcedentis.
COMP.

## VLMVS.

196. VLMVS *campeſtris* foliis duplicato-ſerratis: baſi inæqualibus. *Fl. ſuec.* 226. *Sp. pl.* 327. *Fl. dan. t.* 632.
Vlmus campeſtris et theophraſti. *Baub. pin.* 426.
LOC. Europæ pagi. *Arbor, frequens.*
PHARM. VLMI Cortex medius.
QVAL. flaveſcens.
VIS: adſtringens, vulneraria. *Vſitata.*
VSVS: Aſcites, [Vulnera, Combuſtura, Scabies!]
COMP.

## GENTIANA.

197. GENTIANA *lutea* corollis ſubquinquefidis rotatis verticillatis, calycibus ſpathaceis. *Fl. ſuec.* 227. *Sp pl.* 329. *Mill. ic.* 139. *f.* 2.
Gentiana major lutea. *Baub. pin.* 187.
LOC. Alpes Helveticæ. *Perennis, manſueta.*
PHARM. GENTIANAE RVBRAE Radix, *Eſſentia.*
QVAL. amariſſima, lutea. *Trita, præſtans.*
VIS: balſamica, tonica, ſtomachica, anthelminthica.
VSVS: Cachexia, Arthritis, Podagra, Icterus! Febres intermittentes! Calculus, [Vlcus.]
COMP. Andromach. Diateſſar. Mithridat. Diaſcord. Orvietan. *Acet.* Theriacal.

198. GEN-

198. GENTIANA *Centaurium* corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo, piſtillo ſimplici. *Fl. ſuec.* 232. *Sp. pl.* 332. *Fl. dan. t.* 617.

Centaurium minus. *Bauh. pin.* 278.

LOC. Europæ humidiuſcula. *Annua, vulgaris.*

PHARM. CENTAVRII MINORIS Herba, (Summitates florentes,) *Extractum*, ▽, ⎍, ⊖; Flores, *Conſerva.*

QVAL. amariſſima. *Trita, præſtans.*

VIS: balſamica, tonica, ſtomachica.

VSVS: Cachexia, Icterus, Tertiana, Podagra, Hypochondriaſis, Scabies.

COMP. Andromach; *Acet.* theriacal.

199. GENTIANA *Amarella* corollis quinquefidis hypocrateriformibus fauce barbatis. *Fl. ſuec.* 229. *Sp. pl.* 334. *Fl. dan. t.* 328. [*Schmidel. faſc. geſn.* 2. *p.* 45. *t.* 21. *f.* 87.]

Gentiana pratenſis, flore lanuginoſo. *Bauh. pin.* 188.

LOC. Europæ prata ſicca. *Annua, vulgaris.*

PHARM. GENTIANELLAE Herba.

QVAL. amara.

VIS: balſamica, tonica.

VSVS: Pleuritis, Tertiana! Cachexia.

COMP.

## ERYNGIVM.

200. ERYNGIVM *fœtidum* foliis radicalibus lanceolatis ſerratis; floralibus multifidis, caule dichotomo. *Syſt. nat.* 13. *p.* 223*. *Sp. pl.* 336.

Eryngium americanum fœtidum. *Herm. lugdb.* 236. *t.* 237.

LOC. Americæ calidiora. *Perennis, fera.*

PHARM. ERYNGII FOETIDI Herba, *Infuſum.*

QVAL. tetra, fœtidiſſima, tenax. *Eximia.*



198. [CENTAVRIVM MINVS potius ad *Chironiæ*, quam Gentianæ genus referendum eſt.]

VIS: purgans, diaphoretica, diuretica, emmenagoga, antihyſterica.
VSVS: Hyſteria, Febres, Hydrops.
COMP.

201. ERYNGIVM *campeſtre* foliis radicalibus amplexicaulibus pinnato-lanceolatis. *Sp. pl.* 337. *Fl. dan. t.* 554. *Jacq. auſtr. t.* 155.
Eryngium vulgare. *Bauh. pin.* 386.
LOC. Germaniæ, Italiæ, Hiſpaniæ campi ſicci. *Perennis, manſueta.*
PHARM. ERYNGII Radix, *condita*, Herba.
QVAL. ſubaromatico-aquoſa. *Rarior*, Hb. *ſuperflua.*
VIS: diuretica, emmenagoga, aphrodiſiaca.
VSVS: Calculus, Atecnia.
COMP. *Radices* V aperientes minores.

## SANICVLA.

202. SANICVLA *europæa* foliis radicalibus ſimplicibus, floſculis omnibus ſeſſilibus. *Fl. ſuec.* 235. *Sp. pl.* 339. *Fl. dan. t.* 283.
Sanicula officinarum. *Bauh. pin.* 319.
LOC. Europæ ſilvæ umbroſæ. *Perennis, frequens.*
PHARM. SANICVLAE Herba.
QVAL. ſubinſipida, inodora.
VIS: reſolvens, adſtringens, vulneraria.
VSVS: Vulnera.
COMP.

## BVPLEVRVM.

203. BVPLEVRVM *rotundifolium* involucris univerſalibus nullis, foliis perfoliatis. *Hort. upſ.* 64. *Sp. pl.* 240.
Perfoliata vulgatiſſima ſ. arvenſis. *Bauh. pin.* 277.
LOC. Europæ auſtralioris agri. *Annua, cicur.*

PHARM.

PHARM. PERFOLIATAE Herba, ☉, Semina, ☉.
QVAL. ſubaromatica. *Exoleta, dubia, ſuperflua.*
VIS: ſubadſtringens, vulneraria.
VSVS: Hernia.
COMP.

## TORDYLIVM.

204. TORDYLIVM *officinale* involucris partialibus longitudine florum, foliolis ovatis laciniatis. *Hort. cliff.* 90. *upſ.* 58. *Sp. pl.* 345. *Jacq. hort.* I. *t.* 53.
Seſeli creticum minus. *Baub. pin.* 161.
LOC. Monſpelii, Romæ, Meſſanæ. *Annua, cicur.*
PHARM. SESELI CRETICI Semina.
QVAL. aromatica, debilis. *Exoleta, ſuperflua.*
VIS: diuretica, carminativa.
VSVS:
COMP. Andromach.

## DAVCVS.

205. DAVCVS *Carota* ſeminibus hiſpidis, petiolis ſubtus nervoſis. *Hort. cliff.* 89. *Fl. ſuec.* 273. *Sp. pl.* 248.
Paſtinaca tenuifolia ſylveſtris dioſcoridis, vel daucus officinarum. *Bauh. pin.* 151.
*β.* Paſtinaca tenuifolia ſativa, radice lutea vel alba. *Bauh. pin.* 151.
LOC. Europæ campi. *Biennis, cicur.*
PHARM. DAVCI SYLVESTRIS Semina.
SATIVI [Radix,] Semina.
QVAL. aquoſo-aromatica, fragrans. *Rarior.*
VIS: nutriens, diluens, humectans, aperiens, carminativa, diuretica, emmenagoga, anthelminthica.
VSVS: Stranguria, Calculus, Lumbrici, Carcinoma.
COMP. *Sem.* IV calida minora.

## CONIVM.

206. CONIVM *maculatum* ſeminibus ſtriatis. *Fl. ſuec.* 238. *Sp. pl.* 349. *Jacq. auſtr.* 2. *p.* 36. *t.* 156.

Cicuta. *Dod. pempt.* 461. *Riv. mon.* 75. [*Stœrk ſuppl.* 2. *t.* 1.]

LOC. Europæ agri. *Biennis, vulgaris.*

PHARM. CONII [CICVTAE TERRESTRIS ſ. VVLGARIS] Herba, Succus, *inſpiſſatus, Extractum.*

QVAL. tetra. *Vſitata.*

VIS: narcotica, diuretica, ſuppurationem promovens.

VSVS: Scirrhus, Scrophula, Carcinoma? Vlcus, Scabies, Gonorrhœa, Leucorrhœa, Atecnia.

COMP.

## ATHAMANTA.

207. ATHAMANTA *cretenſis* foliolis linearibus planis hirſutis, petalis bipartitis, ſeminibus oblongis hirſutis. *Sp. pl.* 352. *Jacq. auſtr.* 1. *t.* 62.

Libanotis foliis tenuiſſime pinnatis: laciniis petiolatis. *Hall. helv.* 451.

LOC. Alpes Helvetiæ, Auſtriæ. *Perennis, cicur.*

PHARM. DAVCI CRETICI Semina.

QVAL. acris, aromatica. *Rarior.*

VIS: carminativa, diuretica, emmenagoga.

VSVS: Flatulentia, Tuſſis, Calculus.

COMP. Andromach. Mithridat. Philonium, *Elect.* lauri.

## PEVCEDANVM.

208. PEVCEDANVM *officinale* foliis quinquies tripartitis filiformibus linearibus. *Sp. pl.* 353.

Peuce-

206. [CONII loco non debent colligi *Cicuta viroſa, Aethuſa Cynapium, Chœrophyllum ſylveſtre, temulentum, bulboſum, Tordylium Anthriſcus* aliæque umbellatæ, quod ſæpe non ſine damno ægrotorum factum eſſe conſtat.]

Peucedanum germanicum. *Bauh. pin.* 149.
LOC. Galliæ, Angliæ, Germaniæ prata. *Perennis, cicur.*
PHARM. PEVCEDANI Radix.
QVAL. calida. *Superflua.*
VIS: reſolvens, nervina, thoracica, diuretica, emmenagoga.
VSVS: Vlcera, Odontalgia, Soporoſi, Hemicrania?
COMP.

## FERVLA.

209. FERVLA *Aſa fœtida* foliis alternatim ſinuatis obtuſis. *Sp. pl.* 356.
Aſſa fœtida diſgunenſis umbellifera leviſtico affinis. *Kæmpf. amœn.* 535. *t.* 536.
LOC. Perſia. *Perennis, peregrina.*
PHARM. ASSAE FOETIDAE Gummi.
QVAL. Gummi-reſina, orgaſtica alliata. *Trita, eximia.*
VIS: reſolvens, carminativa, pellens, diaphoretica, emmenagoga, antiſpasmodica, repellens, anthelminthica.
VSVS: Hyſteria, Tympanites, Aſthma, Sphacelus, Paronychia, Bubo, [Caries!]
COMP. *Troch.* myrrhæ. *Empl.* matricale.

## LASERPITIVM.

210. LASERPITIVM *latifolium* foliolis cordatis inciſo-ſerratis. *Fl. ſuec.* 242. *Sp. pl.* 356. *Jacq. auſtr.* 2. *t.* 146.
Libanotis latifolia altera ſ. vulgatior. *Bauh. pin.* 157.
LOC. Europæ prata arida. *Perennis, vulgaris.*
PHARM. GENTIANAE ALBAE Radix.
QVAL. amara, acris, aromatica, calida. *Rarior, præſtans.*
VIS: tonica, reſolvens, diuretica, emmenagoga, ſtomachica.

VSVS:

VSVS: Tertiana.

COMP.

211. LASERPITIVM *Siler* foliolis ovali-lanceolatis integerrimis petiolatis. *Hort. cliff.* 96. *Sp. pl.* 357. *Jacq. auſtr.* 2. *t.* 145.

Liguſticum quod Seſeli officinarum. *Bauh. pin.* 162.

LOC. Helvetiæ, Auſtriæ, Piſæ montes. *Rarior.*

PHARM. SILERIS MONTANI Semina.

QVAL. Cumini odore et ſapore remiſſiore. *Exoleta, ſuperflua.*

VIS: carminativa, diuretica, emmenagoga, [ſtomachica.]

VSVS: Colica lochialis.

COMP. *Elect.* lauri.

## HERACLEVM.

212. HERACLEVM *Sphondylium* foliis pinnatifidis. *Fl. ſuec.* 243. *Sp. pl.* 258.

Sphondylium vulgare hirſutum. *Bauh. pin.* 157.

LOC. Europæ prata. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. BRANCAE VRSI (SPHONDYLII) Herba.

QVAL. ſubaromatica, dulceſcens.

VIS:

VSVS: Dyſenteria.

COMP.

## LIGVSTICVM.

213. LIGVSTICVM *Leviſticum* foliis multiplicibus: foliolis ſuperne inciſis. *Hort. cliff.* 97. *upſ.* 62. *Sp. pl.* 359.

Liguſticum vulgare. *Bauh. pin.* 157.

LOC. Alpes Baldi, Apenninæ. *Perennis, cicur.*

PHARM. LEVISTICI Radix, Herba, Semina, *Extractum, Eſſentia*, ▽, ⎍, ℴℴ.

QVAL.

QVAL. tetra, calida, acris. *Sem.* urinaria nigra.
VIS: alexiteria, pellens, carminativa, exanthematica, emmenagoga.
VSVS: Hyſteria.
COMP. *Syr.* Artemiſiæ.

## ANGELICA.

214. ANGELICA *Archangelica* foliolorum impari lobato. *Fl. lapp.* 101. *ſuec.* 245. *Sp. pl.* 360. *Fl. dan. t.* 206.

Angelica ſativa. *Bauh. pin.* 155.
LOC. Alpes, præſertim Lapponicæ, Pyrenææ. *Biennis, cicur.*
PHARM. ANGELICAE SATIVAE Radix, ▽; Herba, Semina, ⎍, ∘°∘, *Balſamus, Extractum.*
QVAL. acris, amaricans, fragrans, aromatica, calida. *Trita, præſtans.*
VIS: alexiteria, reſolvens, ſtomachica, ſudorifera, carminativa, emmenagoga.
VSVS: Phlogoſes exanthematicæ, Stomacace.
COMP. Orvietanum.

215. ANGELICA *ſylveſtris* foliolis æqualibus ovato-lanceolatis ſerratis. *Fl. ſuec.* 246. *Sp. pl.* 361.

Angelica ſylveſtris major. *Bauh. pin.* 115.
LOC. Europæ nemora humida. *Perennis, vulgaris.*
PHARM. ANGELICAE SYLVESTRIS Radix.
QVAL. præcedentis, ſed debilior. *Exoleta.*
VIS: præcedenti ſimilis in non omnibus.
VSVS: Hyſteria.
COMP.

## SIVM.

216. SIVM *Ninſi* foliis ſerratis pinnatis: rameis ternatis. *Sp. pl.* 261. *Burm. ind.* 74. *t.* 29.

Siſa-

Siſarum montanum coræenſe, radice non tuberoſa. *Kæmpf. amœn.* 817. *t.* 818.
LOC. Japonia. *Perennis.*
PHARM. NINSI Radix.
QVAL. ſubdulcis, amaricans, ſuavis, aromatica, flaveſcens. *Rarior, pretioſa.*
VIS: analeptica, inpinguans, cordialis.
VSVS: Atecnia, Debilitas, Maraſmus, Senectus?

## SISON.

217. SISON *Ammi* foliis tripinnatis: radicalibus linearibus; caulinis ſetaceis; ſtipularibus longioribus. *Sp. pl.* 363. *Jacq. hort.* 2. *t.* 200.
Ammi parvum, foliis fœniculi. *Bauh. pin.* 159.
LOC. Apulia. *Annua, ſubmanſueta.*
PHARM. AMMIOS VERI Semina.
QVAL. amaricans, aromatica. *Rarior, præſtans.*
VIS: ſudorifera, carminativa.
VSVS: Sterilitas.
COMP. *Sem.* IV calida minora, Andromach.

## BVBON.

218. BVBON *macedonicum* foliis rhombeo-ovatis crenatis, umbellis numeroſiſſimis. *Hort. cliff.* 95. *upſ.* 62. *Sp. pl.* 364.
Apium macedonicum. *Bauh. pin.* 154. *non* Smyrnium.
LOC. Macedonia? per Smyrnam. *Perennis, manſueta.*
PHARM. PETROSELINI MACEDONICI Semina.
QVAL. aromatica, dulceſcens. *Rarior, ſuperflua.*
VIS: carminativa, diuretica, emmenagoga.
VSVS:
COMP. Andromach.

219. BV.

217. [*Siſon Amomum, Jacq. hort.* 3. *t.* 17. Officinis pharmaceuticis dat AMOMI VVLG. *Semen.*]

219. BVBON *Galbanum* foliolis rhombeis dentatis ſtriatis glabris, umbellis paucis. *Hort. cliff.* 96. *Sp. pl.* 364. *Mant.* 335. * *Jacq. hort.* 3. *t.* 36.

Aniſum africanum fruteſcens, folio aniſi, galbaniferum. *Pluk. alm.* 31. *t.* 12. *f.* 2.

LOC. Aethiopia. *Perennis, ſubmanſueta.*

PHARM. GALBANI Gummi commune, *depuratum, Eſſentia*, ∴.

QVAL. Reſina graveolens, amaricans. *Trita, præſtans.*

VIS: anodyna, antiſpaſmodica, pellens, carminativa, emmenagoga, expectorans, repellens, maturans.

VSVS: Aſthma, Hyſteria, Tumores.

COMP. Andromach. Mithridat. Diaſcordium. *Vng.* apoſtol. *Vng.* althææ. *Empt.* galban. *Empl.* diachyl. gummoſ. *Empl.* mucilagin. *Empl.* diaphoret. *Empl.* oxycroceum. *Empl.* ſtypticum.

## CVMINVM.

220. CVMINVM *Cyminum. Sp. pl.* 365. *Riv. pent.*

Cuminum ſemine longiore. *Bauh. pin.* 146.

LOC. Aegyptus; in Melita præſertim ſeritur. *Annua, manſueta.*

PHARM. CVMINI Semina, ▽, ⎍, ∴.

QVAL. acris, aromatica. *Rarior, præſtans.*

VIS: carminativa, diuretica, emmenagoga.

VSVS: Colica flatulenta, Hyſteria, Tympanitis, [Tumores frigidi.]

COMP. *Sem.* IV calida majora. [Sacculi reſolventes.]

## CICVTA.

221. CICVTA *viroſa* umbellis oppoſitifoliis, petiolis marginatis obtuſis. *Fl. ſuec.* 253. *Sp. pl.* 367. *Fl. dan. t.* 208. *Gunn. norv.* 1. *p.* 26. *t.* 2. *f.* 1. 2.

Sium

Sium erucæ folio. *Bauh. pin.* 154.
LOC. Europæ paludes. *Perennis, vulgaris.*
PHARM. CICVTAE [AQVATICAE] Herba.
QVAL. acris, ſeptica, tetra. *Rarior, cauta.*
VIS: narcotica, hypnotica, repellens.
VSVS: Bubo, Carcinoma, Lienis infarctus, Herpes.
COMP. *Empl.* cicutæ.

## AETHVSA.

222. AETHVSA *Meum* foliis omnibus multipartito-ſetaceis. *Syſt. nat.* 13. 237. *Jacq. auſtr.* 4. *t.* 303.
Meum foliis anethi. *Bauh. pin.* 148.
LOC. Montes Italiæ, Galliæ, Helvetiæ, Germaniæ. *Perennis, cicur.*
PHARM. MEV Radix.
QVAL. acris, aromatica, calida.
VIS: carminativa, diuretica, emmenagoga.
VSVS: Tertiana. Aſthma, Leucorrhœa.
COMP. Andromach; Mithridat.

## CORIANDRVM.

223. CORIANDRVM *ſativum* fructibus globoſis. *Hort. cliff.* 100. *Hort. upſ.* 63. *Sp. pl.* 367.
Coriandrum majus. *Bauh. pin.* 158.
LOC. Europæ agri. *Annua, cicur.*
PHARM. CORIANDRI Semina, *Confectio.*
QVAL. tetra, ſuſpecta. *Culinaris, rarior.*
VIS: hypnotica, carminativa, lactifuga.
VSVS: Hyſteria, Tertiana.
COMP.

## SCANDIX.

224. SCANDIX *Cerefolium* ſeminibus nitidis ovato-ſubulatis, umbellis ſeſſilibus lateralibus. *Fl. ſuec.* 255. *Sp. pl.* 368. *Jacq. auſtr.* 4. *t.* 390.

Chæro.

Chærophyllum ſativum. *Bauh. pin.* 152.
LOC. Europæ agri. *Semeſtris, cicur.*
PHARM. CEREFOLII Herba, *Aqua.*
QVAL. aromatica, dulceſcens, oleracea, crepitans. *Culinaris, uſitata.*
VIS: antiplogiſtica, reſolvens, aperiens, mundificans, diuretica, lactifera, vulneraria.
VSVS: Hydrops, Tuſſis, Hæmoptyſis, Phthiſis, Vertigo, Hæmorrhois.
COMP.

## CHAEROPHYLLVM.

225. CHAEROPHYLLVM *ſylveſtre* caule lævi ſtriato, geniculis tumidiuſculis. *Fl. ſuec.* 257. *Sp. pl.* 369. *Jacq. auſtr.* 2. *t.* 149.
Myrrhis ſylveſtris, ſeminibus lævibus. *Bauh pin.* 160.
LOC. Europæ pagi et pomaria. *Perennis, vulgatiſſima.*
PHARM. CICVTARIAE Herba.
QVAL. amaricans, ſubfœtida. *Exoleta, ſuperflua.*
VIS: ſubvenenata? dubia.
VSVS: Gangræna.
COMP.

## IMPERATORIA.

226. IMPERATORIA *Oſtruthium. Hort. cliff.* 103 *upſ.* 65. *Sp. pl.* 371.
Oſtruthium. *Dod pempt.* 514.
LOC. Auſtriæ montes. *Perennis, cicur.*
PHARM. IMPERATORIAE Radix.
QVAL. amaro-acris, aromatica, calida. *Trita, præſtans.*
VIS: apophlegmatizans, carminativa, ſudorifera, emmenagoga.
VSVS: Flatulentia, Hyſteria, Colica, Serpigo, Sterilitas, Tertiana, Paralyſis.
COMP. Orvietanum; *Acet.* theriacale.

## PASTINACA.

227. PASTINACA *ſativa* foliis ſimpliciter pinnatis. *Hort. cliff.* 105. *Hort. upſ.* 66. *Fl ſuec.* 259. *Sp. pl.* 376.

Paſtinaca ſylveſtris latifolia. *Bauh. pin.* 155.

LOC. Europa. *Biennis, cicur, oleracea.*

PHARM. PASTINACAE Radix, Semina.

QVAL. aquoſa. *Culinaris*, Rd. *ſuperflua.*

VIS: diluens, humectans, nutriens, flatulenta, aphrodiſiaca, diuretica.

VSVS: Tertiana.

COMP.

228. PASTINACA *Opopanax* foliis pinnatis: foliolis baſi antica exciſis. *Syſt. nat.* 13. *p.* 240. *Sp. pl.* 376. [*Gouan. illuſtr.* 19. *t.* 13. 14.]

Panax coſtinum. *Bauh. pin.* 156.

LOC. Galloprovincia, Italia, Sicilia. *Perennis, ſubcicur.*

PHARM. OPOPANACIS Gummi.

QVAL. Gummi-reſina amaricans, acris, graveolens, intus flaveſcens, extus rufeſcens. *Rarior.*

VIS: nervina, eccoprotica, carminativa, emmenagoga.

VSVS: Tuſſis ſenilis, Aſthma humorale, Paralyſis.

COMP. Andromach. Mithridat. *Hiera* colocynth. *Troch.* myrrhæ, *Vng.* apoſtolorum, *Empl.* mucilaginoſum, *Empl.* ſtypticum, *Empl.* manus dei, *Pilulæ* fœtidæ.

## ANETHVM.

229. ANETHVM *graveolens* fructibus compreſſis. *Hort. cliff.* 106. *Hort. upſ.* 66.

Anethum hortenſe. *Bauh. pin.* 147.

LOC. Hiſpania, Luſitania. *Annua, cicur.*

PHARM.

PHARM. ANETHI Herba, ▽, ◎, Flores, Semina, ∴.

QVAL. tetra, ſubaromatica. *Culinaris, trita, præſtans.*

VIS: hypnotica, carminativa, lactifera.

VSVS: Agrypnia, Colica, Singultus! Vomitus.

COMP. *Flores* IV carminantes. *Empl.* ranarum mercuriale, *Empl.* mucilagin.

230. ANETHVM *Fœniculum* fructibus ovatis. *Hort. cliff.* 106. *Hort. cliff.* 66.

Fœniculum vulgare germanicum. *Baub. pin.* 147.

LOC. Gallia. *Biennis, manſueta.*

PHARM. FOENICVLI Radix, Herba, *Aqua*, Semina, *Confectio*, ▽*ſem.* ⎍.

QVAL. aromatica dulceſcens. *Culinaris, trita, præſtans.*

VIS: reſolvens, pellens, carminativa, lactifera.

VSVS: Ophthalmia! Vomitus. [Tormina infantum.]

COMP. *Sem.* IV. calida major. *Rad.* V. aperientes majores. *Syr.* V radicum, Andromach. Mithridat. Philonium, Diaphœnic. Benedicta. *Syr.* artemiſiæ; *Syr.* praſii; *Syr.* hyſſopi. *Pil.* aureæ; Hamech.

## CARVM.

231. CARVM *Carvi.* *Fl. ſuec.* 260. *Sp. pl* 378. *Jacq. auſtr.* 4. *t.* 393.

Cuminum pratenſe, Carvi officinarum. *Baub. pin.* 158.

LOC. Europæ prata. *Biennis, vulgaris.*

PHARM. CARVI Semina, *Confectio*, ▽, ⎍, ∴.

QVAL. acris, aromatica, calida. *Culinaris, præſtans.*

VIS: reſolvens, carminativa.

VSVS: Colica, Tertiana.

COMP. *Sem.* IV calida majora; *Elect.* lauri;

# PIMPINELLA.

232. PIMPINELLA *Saxifraga* foliis pinnatis: foliolis radicalibus ſubrotundis; ſummis linearibus. *Fl. ſuec.* 261. *Sp. pl.* 378. *Fl. dan. t.* 669. *Jacq. auſtr.* 4. *t.* 395.

Pimpinella ſaxifraga major altera. *Bauh. pin.* 160.

LOC. Europæ campi. *Perennis, vulgatiſſima.*

PHARM. PIMPINELLAE NOSTRATIS [ALBAE] Radix, *Conſerva*, *Eſſentia*, ▽; Herba, Semina.

QVAL. acerrima, hircina, calida.

*Trita, præſtans, Stahliana.*

VIS: reſolvens, diaphoretica, diuretica, emmenagoga.

VSVS: Coryza, Dyſpnœa, Angina ſeroſa, Hyſteria.

COMP.

233. PIMPINELLA *Aniſum* foliis radicalibus trifidis inciſis. *Sp. pl.* 279.

Aniſum herbariis. *Bauh. pin.* 159.

LOC. Syria, Aegyptus. *Annua, manſueta.*

PHARM. ANISI Semina, ▽, ⎍, ∘°∘.

QVAL. aromatica dulceſcens, calidiuſcula.

*Culinaris, uſitata.*

VIS: reſolvens *ſanguinem et lac*, becchica, carminativa.

VSVS: Tormina, Tuſſis.

COMP. *Sem.* IV calida majora, *Pil.* aureæ, *Conf.* hamech, *Balſ.* ſulphuris aniſatus.

# APIVM.

234. APIVM *Petroſelinum* foliis caulinis linearibus, involucellis minutis. *Hort. cliff.* 108. *Hort. upſ.* 67. *Sp. pl.* 379.

Apium

Apium hortenſe, ſ. Petroſelinum vulgo. *Bauh. pin.* 153.
LOC. Sardinia. *Biennis, oleracea, cicur.*
PHARM. PETROSELINI Radix, Herba, ▽, Semina, ⁂.
QVAL. aromatica, culinaris. *Præſtans.*
VIS: reſolvens, nutriens, diuretica, emmenagoga, lactifuga.
VSVS: Icterus, Dyſuria, Contuſura, Ablactatio, Pediculi.
COMP. *Syr.* V radicum; hyſſopi.

235. APIVM *graveolens* foliis caulinis cuneiformibus, umbellis ſeſſilibus. *Fl. ſuec.* 262. *Sp. pl.* 379. *Fl. dan. t.* 790.
Apium paluſtre ſ. Apium officinarum. *Bauh. pin.* 154.
LOC. Europæ paludes. *Biennis, cicur.*
PHARM. APII Radix, Herba, Semina.
QVAL. ſubtetra, dulceſcens, ſuſpecta. *Culinaris, rarior.*
VIS: carminativa, pellens, ſudorifera, diuretica, emmenagoga, repellens.
VSVS: Febres. *noxia* Apoplecticis, Epilepticis, Vertiginoſis, Caliginoſis, Pediculis.
COMP. *Sem.* IV calida minora, *Radices* V aperientes majores, *Syr.* V radicum, *Syr.* hyſſopi, *Pil.* aureæ.

# *TRIGYNIA.*

## SEMECARPVS.

236. SEMECARPVS *Anacardium. Suppl. pl.* 182.
Anacardium primum. *Bauh. pin.* 511.
LOC. Indiæ orientalis deſerta & ſylvatica arida.
*Arbor, peregrina.*

PHARM. ANACARDII ORIENTALIS Fructus.
QVAL. *nuclei* dulcis (amygdali), *putaminis* acerrima. *Exoleta.*
VIS: *nuclei* nutriens, *putaminis* cauſtica.
VSVS: Moroſis, Oblivio.
COMP.

## RHVS.

237. RHVS *Coriaria* foliis pinnatis obtuſiuſcule ſerratis ovalibus ſubtus villoſis. *Hort. cliff.* 106. *upſ.* 68. *Sp. pl.* 379.
Rhus folio ulmi. *Bauh. pin.* 414.
LOC. Gallia, Italia. *Arbor, manſueta.*
PHARM. SVMACH Flores, Semina.
QVAL. ſtyptica, ſubvenenata. *Rarior, cauta.*
VIS: adſtringens, coriaria, refrigerans.
VSVS: Diarrhœa, Dyſenteria, Stomacace, Rhagas.
COMP.

238. RHVS *Vernix* foliis pinnatis integerrimis annuis opacis, petiolo integro æquali. *Syſt. nat.* 13. *p.* 242. *Sp. pl.* 380. [*Thunb. jap.* 121.]
Sits vel Sitz-diu. *Kæmpf. amœn.* 791. *t.* 792.
LOC. Japoniæ, Virginiæ paludoſa. *Arbor, manſueta.*
PHARM. VERNICIS Reſina, ☉.
QVAL. toxica. *Externa.*
VIS:
VSVS: Hæmorrhois.
COMP. *Vngu.* martiatum.

## CASSINE.

239. CASSINE *Peragua* foliis petiolatis ſerratis ellipticis acutiuſculis, ramulis ancipitibus. *Mant. pl.* 2. *p.* 220.* *Mill. ic. t.* 83. *f.* 1.

C..ſſi-

239. PERAGVAM alii pro ſpecie *Clerodendri* habent.

Caſſinæ veræ perquam ſimilis arbuſcula, phillyreæ foliis antagoniſtis. *Pluk. mant.* 46. *t.* 371. *f.* 3.

LOC. Carolina, Virginia. *Arbor, manſueta.*

PHARM. PERAGVAE Folia.

QVAL. amara. *Inuſitata.*

VIS: vomitoria, purgans, ſudorifera.

VSVS: Diabetes! Colica calculoſa.

COMP.

## SAMBVCVS.

240. SAMBVCVS *Ebulus* cymis tripartitis, ſtipulis foliaceis, caule herbaceo. *Fl. ſuec.* 266. *Sp. pl.* 385.

Sambucus humilis ſ. Ebulus. *Bauh. pin.* 456.

LOC. Europa. *Perennis, cicur.*

PHARM. EBVLI Radix, Cortex interior, Folia, Flores, Baccæ, *Rob*, Semina.

QVAL. amaro-acris, tetra fœtida, nauſeoſa. *Rarior, eximia, caute.*

VIS: narcotica, anodyna, pellens, ſudorifera, diuretica, emetica, draſtica.

VSVS: Hydrops, Leucorrhœa, Scabies.

COMP. *Extr.* panchymagog. *Empl.* ranar. mercuriale.

241. SAMBVCVS *nigra* cymis quinquepartitis, caule arboreo. *Fl. ſuec.* 265. *Sp. pl.* 385. *Fl. dan. t.* 545.

Sambucus fructu in umbella nigro. *Bauh. pin.* 456.

LOC. Europa. *Arbor, cicur.*

PHARM. SAMBVCI Cortex interior, Folia, Flores, *Conſerva*, ▽, ⎍, 🜊, Baccæ, *Rob*, ⎍, Semina, ◎.

QVAL. acris, tetra fœtida, nauſeoſa. *Trita, eximia.*

VIS: narcotica, anodyna, pellens alvum, ſudorem, urinam, menſtrua, lac.

VSVS: Eryſipelas, [Febres, Rheumatiſmus, Arthritis, Exanthemata,] *Fl. Rob.* Dyſenteria *Bacc.* Hydrops, Varix ani! *Cort.*

COMP. *Spec* p. cataplaſmate.

## TAMARIX.

242. TAMARIX *gallica* floribus pentandris. *Hort. cliff.* III. *Sp. pl* 386. *Mill ic. t.* 262. *f.* I.

Tamarix altera ſive folio tenuiore, gallica. *Bauh. pin.* 485.

LOC. Gallia, Hiſpania, Italia. *Arbor, manſueta.*

PHARM. TAMARISCI Cortex (*radicis*), Lignum, Folia.

QVAL. ſtyptica. *Vſitata*, Fol. *ſuperflua.*

VIS: adſtringens, coriaria, obſtipans.

VSVS: Hypochondriaſis, Stomacace, Epiphora, Profluvia.

COMP.

# *TETRAGYNIA.*

## PARNASSIA.

243. PARNASSIA *paluſtris. Fl. ſuec.* 268. *Sp. pl.* 391. *Fl. dan. t.* 584.

Gramen parnaſſi, albo ſimplici flore. *Bauh. pin.* 309.

LOC. Europæ prata ſubhumida. *Perennis, vulgatiſſima.*

PHARM. HEPATICAE ALBAE Herba, Flores.

QVAL. amaricans. *Exoleta, dubia, ſuperflua.*

VIS: ſubadſtringens.

VSVS: Cardialgia?

COMP.

PEN-

242 [TAMARISCI *Cort.* e *Tamariscis germanicæ* rad. detrahendum eſſe, monent *Pharm. auſtr. prov.*]

# *PENTAGYNIA.*

## STATICE.

244. STATICE *Limonium* ſcapo paniculato tereti, foliis lævibus enerviis ſubtus mucronatis. *Fl. ſuec.* 270. *Sp. pl.* 394. *Fl. dan. t.* 315.

Limonium maritimum majus. *Bauh. pin.* 192.

LOC. Arabia. *Dubia planta.*

PHARM. BEHEN RVBRI Radix.

QVAL. ſtyptica. *Exoleta, ſuperflua.*

VIS: adſtringens.

VSVS: Debilitas, Hæmorrhagia.

COMP. compoſita arabum.

## LINVM.

245. LINVM *uſitatiſſimum* calycibus capſulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule ſubſolitario. *Sp. pl.* 307.

Linum ſativum. *Bauh. pin.* 214.

LOC. Pannonia, Hiſpania. *Annua, cicur, cerealis.*

PHARM. LINI SATIVI Semina, ⓪.

QVAL. pinguis.

VIS: relaxans, obtundens, emolliens.

VSVS: Arthritis, Calculus, Colica, Hæmoptyſis, [Obſtipatio, Iliaca, Pleuritis. *Sem.* Tumores, Hernia incarc. Angina, Iſchuria.]

COMP.

246. LINVM *catharticum* foliis oppoſitis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. *Fl. ſuec.* 271. *Sp. pl.* 401. *Fl. dan. t.* 851.

Linum pratenſe, floſculis exiguis. *Bauh. pin.* 214.

LOC. Europæ paſcua humidiuſcula. *Annua, vulgaris.*

PHARM. LINI CATHARTICI Herba ʒij.

QVAL. amara, nauſeoſa. *Rarior, præſtans.*
VIS: purgans.
VSVS: Nephritis, Calculus, Hydrops.
COMP.

## DROSERA.

247. DROSERA *rotundifolia* ſcapis radicatis, foliis orbiculatis. *Fl. ſuec.* 237. *Sp. pl.* 402.
Ros ſolis folio rotundo ſ. oblongo. *Bauh. pin.* 357.
LOC. Europæ paludes. *Biennis, vulgaris.*
PHARM. RORIS SOLIS Herba.
QVAL. ſubacris, lactaria. *Exoleta, dubia.*
VIS: corrodens, ſuſpecta.
VSVS: Verruca? Clavus?
COMP.

## CLASSIS VI.

# HEXANDRIA.

## *MONOGYNIA.*

### BROMELIA.

248. BROMELIA *Ananas* foliis ciliato-ſpinoſis mucronatis, ſpica comoſa. *Sp. pl.* 408.
Ananas. *Comm. hort.* 1. *p.* 109. *t.* 57.
LOC. America meridionalis. *Perennis, fera.*
PHARM. ANANAS Fructus, Cortex exterior [recens].
QVAL. acris, ambroſiaca. *Inuſitata.*
VIS: emmenagoga!
VSVS:
COMP.

### ALLIVM.

249. ALLIVM *Porrum* caule planifolio umbellifero, ſtaminibus tricuſpidatis, radice tunicata. *Hort. upſ.* 77. *Sp. pl.* 423.
Porrum commune capitatum. *Bauh. pin.* 72.
LOC. *Biennis, cicur, oleracea.*
PHARM. PORRI Semina.
QVAL. acris ſubdulceſcens, orgaſtica. *Exoleta, culin.*
VIS: calefaciens, emmenagoga, diuretica, diaphoretica.
VSVS: Calculus.
COMP.

250. ALLIVM *Victoralis* caule planifolio umbellifero, umbella rotundata, ſtaminibus lanceolatis corolla longioribus, foliis ellipticis. *Sp. pl.* 424. *Jacq. auſtr.* 3. *t.* 216.

Allium

Allium montanum latifolium maculatum. *Bauh. pin.* 74.
LOC. Alpes Helveticæ. *Perennis, ſubmanſueta.*
PHARM. VICTORIALIS LONGAE Radix.
QVAL. acris orgaſtica. *Exoleta, ſuperflua.*
VIS: Allii *ſequentis.*
VSVS: ſuperſtitioſus, magicus.
COMP. Amuleta.

251. ALLIVM *ſativum* caule planifolio bulbifero, bulbo compoſito, ſtaminibus tricuſpidatis. *Hort. upſ.* 76. *Sp. pl.* 425.
Allium ſativum. *Bauh. pin.* 73.
LOC. Sicilia. *Perennis, cicur, oleracea.*
PHARM. ALLII Radix, ▽, ✝.
QVAL. acris, ſubcauſtica, orgaſtica, lactaria, urinaria. *Culinaris, præſtans.*
VIS: excitans, pellens, maturans, anthelminthica, diuretica, diaphoretica, alexiteria.
VSVS: Hyſteria, Colica, Hydrops, Calculus, Tuſſis, Clavus, [Tænia].
COMP. *Oxymel* alliatum.

252. ALLIVM *Cepa* ſcapo nudo inferne ventricoſo longiore foliis teretibus. *Hort. upſ.* 77. *Sp. pl.* 431.
Cepa vulgaris. *Bauh. pin.* 71.
LOC. *Biennis, cicur, oleracea.*
PHARM. CEPAE Radix.
QVAL. acris, orgaſtica. *Culinaris, præſtans.*
VIS: maturans, diuretica, diaphoretica, alexiteria, flatulenta, aphrodiſiaca, anthelminthica.
VSVS: Hæmorrhagia, Calculus, Otalgia, Bubo, uſta, Cophoſis, Varix ani.
COMP.

LI-

250. VICTORIALIS LONGAE defectu ſubſtitui poteſt ALLIVM *urſinum.*

## LILIVM.

253. LILIVM *candidum* foliis ſparſis, corollis campanulatis intus glabris. *Hort. cliff.* 120. *upſ.* 80. *Sp. pl.* 433.

Lilium album, flore erecto, vulgare. *Bauh. pin.* 76.

LOC. Syria, Palæſtina. *Perennis, cicur.*

PHARM. LILII ALBI Radix; Flores, *Conſerva*, ▽, ◎; Antheræ.

QVAL. *Fl.* fragrans. *Rd.* mucilaginoſa. *Trita*, *præſtans.*

VIS: emolliens? maturans, anodyna, *anth.* emmenagoga.

VSVS: Epilepſia, Hydrops, [Tumores].

COMP. *Empl* mucagin. *Empl.* ranar. mercuriale. Clyſteres, Cataplaſmata.

## SCILLA.

254. SCILLA *maritima* nudiflora, bracteis refractis. *Sp. pl.* 442.

Scilla vulgaris, radice rubra. *Bauh. pin.* 73.

LOC. Hiſpaniæ, Siciliæ, Syriæ littora arenoſa. *Perennis, ſubmanſueta.*

PHARM. SQVILLAE Radix, *Acetum.*

QVAL. acris, amara, orgaſtica, *cruda* corroſiva. *Trita, heroica.*

VIS: incidens, ſtimulans, pellens, diaphoretica, diuretica, emetica, hydragoga, expectorans.

VSVS: Aſthma, Tuſſis, Cachexia, Hydrops, Icterus, Sopores.

COMP. Andromach. *Oxymel* ſcilliticum.

## ASPHODELVS.

255. ASPHODELVS *ramoſus* caule nudo, foliis enſiformibus carinatis lævibus. *Sp. pl.* 144.

Aſphodelus albus ramoſus mas. *Bauh. pin.* 28.

LOC.

LOC. Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Narbonæ colles.
*Perennis, manſueta.*
PHARM. ASPHODELI Radix.
QVAL. ingrata, acris. *Dubia, exoleta, ſuperflua.*
VIS: diuretica, emmenagoga, emolliens? maturans.
VSVS:
COMP.

## ASPARAGVS.

256. ASPARAGVS *officinalis* caule herbaceo tereti erecto, foliis ſetaceis, ſtipulis paribus. *Fl. ſuec.* 291. *Sp. pl.* 448. *Fl. dan. t.* 805.
Aſparagus ſylveſtris, tenuiſſimo folio. *Baub. pin.* 490.
LOC. Europæ auſtralioris arenoſa. *Perennis, cicur.*
PHARM. ASPARAGI Radix, Semina.
QVAL. aquoſa, ſubdulcis, inodora, urinaria fœtida. *Culinaris, uſitata.*
VIS: nutriens, diluens, humectans, debilitans, mundificans, diuretica, aphrodiſiaca.
VSVS: Calculus?
COMP. *Rad.* V aperientes majores, *Syr.* Althææ.

## CONVALLARIA.

257. CONVALLARIA *majalis* ſcapo nudo. *Fl. ſuec.* 229. *Sp. pl.* 451. *Fl. dan. t.* 854.
Lilium convallium album. *Baub. pin.* 304.
LOC. Europæ prata dura. *Perennis, vulgaris.*
PHARM. LILII CONVALLIVM Flores, *Conſerva*, ▽, ⎍, ▽̃.
QVAL. fragrans, amara, acris, nauſeoſa. *Vſitata.*
VIS: narcotica, antiſpaſmodica, errhina, purgans.
VSVS: Epilepſia, Apoplexia, Coryza, Epiphora.
COMP. *Spir.* Embryon. *Aqu.* Hirund.

258. CONVALLARIA *Polygonatum* foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus ſubunifloris. *Fl. ſuec.* 294. *Sp. pl.* 451. *Fl. dan. t.* 377.

Polygonatum latifolium vulgare. *Baub. pin.* 303.

LOC. Europæ præcipitia montium. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. SIGILLI SALOMONIS Radix.

QVAL. fatua, mucilaginoſa. *Exoleta, dubia.*

VIS: coſmetica? vulneraria.

VSVS: Sugillatio.

COMP.

## ALOE.

259. ALOE *perfoliata* floribus pedunculatis cernuis corymboſis ſubcylindricis. *Sp. pl.* 457.

α. A. *vera* foliis ſpinoſis confertis dentatis vaginantibus planis maculatis. *Hort. cliff.* 131. *Hort. upſ.* 86.

Aloë vulgaris. *Baub. pin.* 386. Kadanaku. *Rheed. mal.* 11. *p.* 7. *t.* 3.

LOC. Italia, Sicilia. *Perennis, ſubmanſueta.*

PHARM. ALOES HEPATICAE ℈ij, lotæ ℈j, *Tinctura*, *Extractum* ℈ß.

β. Aloë americana, ananæ floribus ſuaverubentibus. *Pluk. alm.* 19. *t.* 240. *f.* 4.

LOC. Barbados. *Perennis, ſubmanſueta.*

PHARM. ALOE SVCCOTRINA.

γ. Aloë guineenſis caballina, vulgari ſimilis, tota maculata. *Comm. præl.* 40.

LOC. Guinea. *Perennis, ſubmanſueta.*

PHARM. ALOE CABALLINA.

QVAL.

259. [Ex hac ſpecie maxima copia Aloës paratur; modum præparandi, ad promontorium bonæ ſpei conſuetum vid. in *act. lund.* 1. *p.* 112. Triplex Aloës ſpecies, in pharmacopoliis venalis, puritate potius, quam origine, differt. *Thunb. de aloë p.* 10. Cf. *Murray op.* 2. *p.* 473. — *Aloë hepatica* pura et optima ad promontorium bonæ ſpei ex *Aloë ſpicata*, *Suppl.* 205. obtinetur. *Thunb. l. c.*]

QV. amariſſima, nauſeoſa. *γ. Rara*; *α. β. Trita, heroica.*
VIS: purgans, pellens, balſamica, ſtomachica, anthelminthica, vulneraria.
VSVS: Obſtructiones, Hypochondriaſis, Icterus, Vermes, [Vulnus, Vlcus, Caries].
COMP. *Aloë* roſata. *Aloë* violata. *Elix.* proprietatis c. ♁ vel c. A ℥j. *Pil.* ammoniacæ, cochiæ, polychreſtæ, capitales, francofurtenſ. ruffi, ſuccin. Stahlianæ Gr. XV. ſine quibus. *Extract.* panchymag. *Hiera* picra, *Vngu.* arthanit. *Empl.* ſticticum.

## ACORVS.

260. ACORVS *Calamus. Fl. ſuec.* 297. *Sp. pl.* 426.
*α.* Acorus verus ſ. Calamus aromaticus officinarum. *Bauh. pin.* 34.
LOC. Europæ paludes. *Perennis, cicur.*
PHARM. CALAMI VVLGARIS Radix, *condita*; *Extractum*, ▽, ⎍.
*β.* Acorus verus ſ. Calamus aromaticus radice tenuiore. *Herm. lugdb.* 9.
LOC. India orientalis, Braſilia. *Perennis, peregrina.*
PHARM. ACORI VERI Radix.
QVAL. aromatica, acris, amaricans, fragrans. *Vſitata, præſtans.*
VIS: incidens, alexiteria! calefaciens, pellens, diuretica, ſtomachica.
VSVS: Anorexia, Febres exanthematicæ malignæ! Vertigo.
COMP. Andromach. Mithridat. Orvietan. *Elect.* lauri, *Troch.* acori, *Troch.* capparidis.

## ACHRAS.

261. ACHRAS *Sapota* floribus ſolitariis, foliis ovato-oblongis. *Sp. pl.* 470. [*Schœpf. mat. med.* 50]

Anona

Anona foliis laurinis glabris viridi-fuſcis, fructu minore. *Sloan.* — *Cateſb. car.* 2. *p.* 87. *t.* 87.
LOC. America meridionalis. *Arbor, peregrina.*
PHARM. SAPOTILLAE Semina ʒj - ʒij. [Cortex.]
QVAL. [acris.]
VIS: [diuretica, *Cort.* adſtringens.]
VSVS: Colica nephritica, [Dyſuria.]
COMP.

## BERBERIS.

262. BERBERIS *vulgaris* pedunculis racemoſis. *Fl. ſuec.* 311. *Sp. pl.* 471.
Berberis dumetorum. *Baub. pin.* 454.
LOC. Europæ ſylvæ. *Frutex, cicur.*
PHARM. BERBERIDIS Cortex, Baccæ, *conditæ, Succus, Syrupus, Rotulæ*, Semen.
QVAL. *Bacc.* acidiſſima; *Cort.* flava, amara. *Præſtans.*
VIS: refrigerans, attenuans, antiputredinoſa, *Cort.* tinctoria, purgans, tonica.
VSVS: Febres putridæ, Cholera, *Cort.* Icterus, Leucorrhœa, Aphthæ.
COMP.

# *DIGYNIA.*

## ORYZA.

263. ORYZA *ſativa. Hort. cliff.* 137. *Sp. pl.* 475.
Oryza. *Baub. pin.* 24.
LOC. Indiæ inundata. *Annua, fera.*
PHARM. ORYZAE Semina, ♃.
QVAL. farinoſa, dulcis. *Culinaris, rarior.*
VIS: nutriens.
VSVS: cibarius. [Diarrhœa, Dyſenteria].

# *TRIGYNIA.*

## RVMEX.

264. RVMEX *ſanguineus* floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis: unica granifera, foliis ovato-lanceolatis. *Sp. pl.* 476. *Hort. cliff.* 138. *upſ.* 89.

Lapathum folio acuto rubente. *Bauh. pin.* 115.

LOC. Virginia. *Biennis*, *cicur.*

PHARM. LAPATHI SANGVINEI Radix, *Succus*, Semina.

QVAL. purpurea, auſtera. *Inuſitata.*

VSVS: adſtringens, refrigerans.

VSVS: Dyſenteria! Vlcus.

COMP.

265. RVMEX *acutus* floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis acuminatis. *Fl. ſuec.* 316. *Sp. pl.* 478.

Lapathum acutum ſ. Oxylapathum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 983.

LOC. Europæ humentia. *Perennis, frequens.*

PHARM. LAPATHI ACVTI Radix, Herba, Semina.

QVAL. ſtyptica, nauſeoſa, *radicis* amarior, lutea, *foliorum* acidior. *Præſtans*, Hb. *Superflua.*

VIS: adſtringens, eccoprotica.

VSVS: Dyſenteria! Scabies! Vlcus.

COMP.

266. RVMEX *aquaticus* floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis nudis, foliis cordatis glabris acutis. *Fl. ſuec.* 315. *Sp. pl.* 479.

Lapathum aquaticum, folio cubitali. *Bauh. pin.* 116.

LOC. Europæ paludes. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. HERBAE BRITANNICAE Radix.

QVAL. flava, amaricans, auſtera. *Rarior, eximia.*

VIS:

VIS: adſtringens, refrigerans.
VSVS: Cacoëthes! Vlcus malignum, Stomacace! Hæmorrhagia!
COMP. Pulv. dentifr.

267. RVMEX *ſcutatus* floribus hermaphroditis, foliis cordato-haſtatis, caule tereti. *Hort. cliff.* 138. *upſ.* 89. *Sp. pl.* 480.
Acetoſa rotundifolia hortenſis. *Bauh. pin.* 114.
LOC. Galloprovincia, Hetruria. *Biennis, cicur.*
PHARM. ACETOSAE ROTVNDIFOLIAE Herba.
QVAL. acida, reliquis debilior. [Acetoſa noſtrate gratior minusque auſtera]. *Exoleta.*
VIS: refrigerans.
VSVS: Scorbutus.
COMP.

268. RVMEX *alpinus* floribus hermaphroditis ſterilibus femineisque, valvulis integerrimis nudis, foliis cordatis obtuſis rugoſis. *Sp. pl.* 480.
Lapathum hortenſe rotundifolium. *Bauh. pin.* 115.
LOC. Europæ humentia. *Perennis, frequens.*
PHARM. RHABARBARI MONACHORVM Radix.
QVAL. amaro-auſtera, flava.
VIS: adſtringens, ſublaxans.
VSVS: Vlcus.
COMP.

269. RVMEX *Acetoſa* floribus dioicis, foliis oblongis ſagittatis. *Fl. ſuec.* 318. *Sp. pl.* 481.
α. Acetoſa pratenſis. *Bauh. pin.* 114.
LOC. Europæ graminoſa. *Perennis, vulgatiſſima.*
PHARM. ACETOSAE NOSTRATIS Radix, Herba, *Conſerva*, *Syrupus*, ▽, Semina.
β. Acetoſa montana maxima. *Bauh. pin.* 114.
LOC. Alpes variæ, Lapponicæ. *Perennis, cicur.*

PHARM. ACETOSAE HISPANICAE Radix.
QVAL. acido-auſtera, amara. *Rad.* rubra.
*Rarior*, *præſtans*.
VIS: refrigerans, tonica, obſtipans.
VSVS: Scorbutus, Profluvia, Febres exacerbante.
COMP. Decocta rubra; Diaſcordium; *Conf.* Hyacinth.

## COLCHICVM.

270. COLCHICVM *auctumnale* foliis planis lanceolatis erectis. *Hort. cliff.* 140. *Hort. upſ.* 90. *Sp. pl.* 485.
Colchicum commune. *Bauh. pin.* 67.
LOC. Europæ auſtralioris prata ſucculenta.
*Perennis*, *cicur*.
PHARM. COLCHICI Radix, *Extractum*.
QVAL. graveolens, acris. *Rarior*.
VIS: narcotica, phantaſtica, diuretica, draſtica, exanthematica, phthiriaca.
VSVS: Hydrops, Mariſca, Amuletum Peſtis.
COMP. Oxymel Colchici.

# *TETRAGYNIA.*

## PETIVERIA.

271. PETIVERIA *alliacea* floribus hexandris. *Hort. cliff.* 141. *upſ.* 91. *Act. ſtockh.* 1744. *p.* 287. *t.* 7. *Sp. pl.* 486. *Trew. ehret. p.* 33. *t.* 67.
Verbenæ aut ſcorodoniæ affinis anomala, flore albido, allii odore. *Sloan. jam.* 64. *hiſt.* 1. *p.* 172.
LOC. Jamaica, Gallia æquinoctialis. *Frutex, ſerus.*
PHARM. SCORODONIAE Herba.
QVAL. orgaſtica, alliacea, lactaria, urinaria. *Præſtans*.
VIS: ſudorifera, diuretica.
VSVS: Febres intermittentes, exacerbantes.
COMP.

CLAS-

## CLASSIS VIII.

# OCTANDRIA.

## *MONOGYNIA.*

### TROPAEOLVM.

272. TROPAEOLVM *majus* foliis peltatis ſubquinquelobis, petalis obtuſis. *Hort. upſ.* 93. *Sp. pl.* 490.

Viola inodora ſcandens, naſturtii ſapore, maxima odorata. *Herm. lugdb.* 628.

LOC. Peru. *Perennis, nobis annua, cicur.*

PHARM NASTVRTII INDICI Herba.

QVAL. aquoſa, acris, oleracea. *Exoleta, ſuperflua.*

VIS: diuretica.

VSVS: Scorbutus.

COMP.

### AMYRIS.

273. AMYRIS *Elemifera* foliis ternatis quinato-pinnatisque ſubtus tomentoſis. *Syſt. nat.* 12. *p.* 266.

Icicariba. *Marcg. braſ.* 98.

LOC. Nova Hiſpania. *Arbor, peregrina.*

PHARM. ELEMI Reſina.

QVAL. pellucida, flaveſcenti - ſubvireſcens: *fumo ſuavi.* *Rarior.*

VIS: vulneraria, diuretica.

VSVS: Vulnus capitis, Punctura, Dolores, Tumor.

COMP. *Balſ.* arcæi.



273. [*Elemi orientale,* ab Americano diverſum, fundit *Amyris zeylanica Retz. faſc.* 4. *p.* 25. *Koenig.*]

274. AMYRIS *Opobalſamum* foliis pinnatis, foliolis ſeſſilibus. *Amœn. acad.* 7. *p.* 68.* *Mant. pl.* 65. *Forsſk. flor.* 79.

Opobalſamum. *Alp. ægypt.* 48. *Geoffr. mat. med.* 473. *Dal. pharm.* 308.

LOC. Arabia felix. *Arbor*, *peregrina.*

PHARM. MECHAE Balſamum Gt. xij.
XYLOBALSAMI Lignum.
CARPOBALSAMI Fructus.

QVAL. tenaci-liquida, reſinoſa. *Rarior*, *præſtans.*

VIS: detergens, diuretica! balſamica, antiſeptica, vulneraria, emmenagoga, coſmetica.

VSVS: Aſthma, Phthiſis, Gonorrhœa.

COMP.

## LAWSONIA.

275. LAWSONIA *inermis* ramis inermibus. *Fl. zeyl.* 135. *Sp. pl.* 498.

Pontaletsce. *Rheed. mal.* 4. *p.* 117. *t.* 57.

LOC. India, Aegyptus, Syria. *Arbor*, *fera.*

PHARM. ALCANNAE VERAE Radix, *Tinctura*, Folia.

QV. *Rad.* rubra. *Fol.* lutea. *Rarior*, *præſtans*, *Turcica.*

VIS: adſtringens, tinctoria.

VSVS: Sophiſticatio, Formoſitas.

